

que ipsa sunt probanda: sed tum questiones, non autem argumenta uocantur: uerum ita, ut cum probata fuerint argumenta ea esse incipiunt. Necessaria uero, quod nihil dubitationis posse relinquant: neque unquam, nisi in re controversa, sit argumentis opus. De uerisimilibus iam responsum est, de necessarijs dictum. Sunt qui putant Quintilianum in uniuersum esse locutum, & negasse ullum necessarium signum argumentum esse, in qua heresi Rodolphus est, qui contra Quintilianum ostendere conatur signa necessaria argumenta esse, isq; Mathematicorum exemplis uitio, quorum probations necessaria sunt, uerum argumenta dicuntur. Sed uenia Rodolphi dixerim, Quintilianum illi non intellexerunt, quia omnia signa necessaria, secundum eum dem Quintilianum, ab argumentorum naturis exempta, & remota fuisse putant. Cum enim Quintilianus ab argumentis ea remoueret, non de Mathematicis, sed de Oratorijs tantum agemus, que solum in re controversa locum habent: quippe que rei dubiae fidem faciant: et ut facta sint, ita reselli posint, intellexit: nce, ut rursus dicam, de Mathematicis, ut qui paulo post cap. de argumentis Apodixis (que sunt necessarie Mathematicorum probations) argumenta uocet. Admonet autem hic locus ut quæatur quid ante rem, quid cum re, quid post rem euenerit. Ante rem queritur: ut apparatus, colloquia, locus, constitutum conuiuum. Apparatus quidem, ut pro Milone quiescio effuerter alteri fecerit insidiis, Milo Clodio, an Clodius Miloni. Cicero Clodium Miloni, non autem Milonem Clodio fecisse insidiatis, ab apparatu utriusque uerisimile reddidit, quod Milo ueberetur in rheda penulatus, una sedet et uxor, et tum symphoniacos pueros uxoris, & ancillarum greges ille secum disceret: quoram nihil est non impeditsimum. Contra Clodius expeditus in equo, nulla rheda, nullis impedimentis, nullis Grecis comitibus, sine uxore, una cum barbaris seruis, quibus syllas publicas decopulatus fuerat, Miloni obuiam factus est. Eodem modo

modo Catilina, Lentulus, & Cethagus in suspicionem coniurationis ab apparatu uenerunt: quod arma, enses, gladios, tela denique omnis generis, in Marci Porci Lecca ades deferunt. Insuper Colloquia, ut colloquia legatorum Tarquinij Superbum Aquilijs, Vitellijs, & Brutiliberis sepius facta futurae proditonis coniecturam mouerunt: tame si ea proditio a Vindicio seruo detecta sit. Tum Locus, ut Cicero a loco probauit Clodium Miloni, non Milonem Clodio insidiatum fuisse, quod Clodius a loco superiori in Milonem impetum fecisset. Insuper si quis in loco latronum receptatore & occultatore, quale est monumen- tum Basili repertus fuerit, in suspicione uenit latrocinij, aut aliis improbi facinoris. Deniq; constitutum conuiuum, ut Catilina Lentuli & Cethagi facta apud Marcum Porci Leccam coniuncta coniurations suspicionem mouerunt: quemadmodum coniuncta a legatis Tarquinij, cum liberis Brutii & Aquilijs, & Vitellijs celebrata, ad probandam suspicionem proditonis valuerunt. Et hancitem de adiunctis, que rem antecedunt. Nunc de ijs que cum re coherent, dicamus. Cum re coherent, pedum crepitus, strepitus hominum, corporum umbre: ex ijs enim omnibus aliquid tum geri fieri, cum hec adiuncta sentiuntur, cognoscimus. Praterea post re eueniunt rubor, pallor, titubatio, & si quia alia signa conturbationis & conscientie. praterea restinctus ignis, gladius cruentus, ceteraque, que suspicionem factim mouere possunt: quibus argumenta uocantur: uerum ita, ut cum probata fuerint, argumenta ea coniecturalia dicantur. ut ex cruro gladii factum esse cæde probamus. ex restinctione ignis, aliquid factum esse colligimus, quod, claritas latere, & occulari velint, qui commiserunt. sic ex rubore, pallore, & titubatione ex reliquis conscientiae perturbationis signis, autorem facti cognoscimus. Est igitur magna ex parte locus hic oratorius non modo non Iurisconsultorū, sed ne Philosophorū quidem.) Id est, non tam frequenter ad Iurisconsultos & Philosophos,

bz quam

quam ad Oratores adiuncta spectant. Interim tamen ad Ius et ad philosophiam spectant. Cum enim locus et tempus sub adiunctis reponantur, de loco et tempore iuris consulti atq; philosophi querunt. Iuris consulti quidem, ut Quintilianus capite decimo, libro quinto testatur, dicens: Duecuntur argumenta, et ex loco, spectat enim ad fidem probationi montanus, an planus; maritimus an mediterraneus; constitutus, an incultus; frequens, an desertus; propinquus, an remotus; opportunitus cōsiliis, an adversus; quam partem uidem usque mentis pro Milone tractasse Ciceronem. Et hec quidem et similia ad coniecturam frequentius pertinet, sed interim ad Ius quoq; ut priuatus an publicus, sacer an prophanus, nostrar an alienus, hinc enim questiones oriuntur. Priuatum pecuniam sustulisti uerum, quid de templo, non furtum, se sacrilegium est. O cedisti adulterium, quod lex permitit, sed quia in lupanari, cedes est. Ad qualitatem quoque frequenter pertinet locus, neque enim idem ubique aut licet, aut decorum est. Quin etiam in qua ciuitate quidq; queratur, interest. Moribus enim, et legibus distant. Itaque ex Quintiliano liquet, locum ad Ius pertinere. Quod autem et tempus ad Ius pertinet, idem autor est qui inquit, a tempore, iuris questiones fieri. Insuper id alia ratione constat, quod duodecim tabulae furem nocturnum quo modo, diuernum uero si teli defendent impune interficiunt. Quare leges in tempore discrimen ponunt. Igitur ad Ius tempus pertinet. Ad Philosophos quoque tempus et locum (que sunt adiuncta) pertinere, probandum est. Physici profecti nihil aliud in ore, praeter locum et tempus, habent. Et in Physicis Aristotelicus libros plenos questionum de loco et tempore reperiatis: quod et alia via manifestum reddemus. Non ne a philosophis queritur, unde Nilus oritur: quia sit illis incertum, qui sunt Nili fontes: unde illud Luca. lib. 10. Arcanum natura caput non prodidit ulli,  
Nec licuit populis paruum te Nile uidere:

Amo

Amonit, sinus: et gentes maluit ortus  
Mirari, quam nosse, tuos. Item Tibullus lib. 1.  
Nile pater, qua nam te possum dicere causa,  
Aut quibus in terris oculuisse caput?  
Tum Claudianus sic habet de Nilo loquens:  
Quirapido tractu medijs elapsus ab austris  
Flammifer a patiens Zone, cancriq; calentis  
Fluctibus ignotus nostrum procurrit in orbem,  
Secreto de fonte cadens, qui semper inani  
Quarendus ratione latet, nec contigit ulli  
Hoc uideisse caput fertur sine teste creatus  
Flumina profundis alieni conscientia celi. Sed haec prae  
opus. Nō ne itidē querut philosophi, posint ne diurnitate fec  
caris maria, et siccā rursus aquis obruiūt item. An ad ultimum hab  
bitantibus oriente Indis, sol in exortu continuo supra uerticē sit  
positus: item. An sint populi, quibus perpetua dimidia anno nox,  
dimidia sit dies? Ex his facile apparcat non ad solos Oratores,  
sed et iuris consultos et philosophos adiuncta pertinere: cum  
ad eos locus et tempus, que sunt adiuncta pertineant.

BARTH. LATOMVS.

Sed locus hic magis ad coniecturales causas pertinet.)  
Recte admonet, Sed si hoc uerum est, exemplum supradictum, et hoc  
locu possum, parum aptum est. Cum enim ex iure sumptum sit,  
et per hunc locum ad qualitatem iuris accommodatum esse de  
beat, ad coniecturam potius quam ad qualitatem facit. Probat  
enim alterum futurum esse, si alterum fiat, hoc est, seruorum et  
exulum testamenta ex edito Praetoris rata foris, si mulierum ra  
ta sint. In quo duplex est sensus, unus qualitatis, si unum recte  
fiat, et alterum recte est, alter conjectura, si hoc fiat et illud futu  
rum esse. Priori modo, argumentum est ex similitudine, qua iuri  
ris qualitas ostenditur: posteriori ex adiunctis, quod non ad Ius,  
sed ad coniecturam pertinet. Ad Ciceronē, inquinabat Gal  
lus

x 3 Ius

Ius noster.) Gallum Aquilum intelligit, qui coniecurt ales causas, si ad eum deferrentur, referat ad Ciceronem, tanquam ad Oratorem; quoniam non iuris scientia, sed signis & suspicionibus & ingenio Oratoris explicarentur. Ad Philosophos autem hic locus non pertinet, quoniam & biuersantur circa qualitatem, que in rebus experteis & fugieis est. Nam Philosophos Morales quo vocant, intelligit.

Ab adiunctis.) Adiuncta eiusmodi sunt similia, que tamē non necessariō coherent. Si statuissimus, &c., si pupillo non licet testamentum facere, ergo etiam mulieribus non licet. Quid post rem, &c.) Hic locus signorum dicitur, que diligenter tractantur arboribus, à dialecticis ferē pretermittuntur. Extat praeclarum signorum exemplum in Milioniana oratione.

*Damraha* CHRISTOPH. HEGENDOR.

Multa adiunctis.) Hoc est locus ab adiunctis est, quando ostendimus ex uno aliud quoddam sequi, & priori concessio multa adiungi. Si statuissimus ex edito,) hoc est, si hoc statuerimus, quod mulier que caput non diminuit, hoc est, nondum rupta sit, posse testamentum facere, & quod ex illo testamento liceat hereditibus institutis accipere honorum possessionē: ergo etiam licebit pueris, seruis, testamentum facere, & ex illo hereditibus honorum possessionem concedere. Nihil ad hoc ius.) Nam iuris consulti est dicere de qualitate factū, hoc est, iure an iniuria quid factum sit: at non differere an quid factū.

C I C E R O .

Deinceps est locus Dialecticorum proprius ex consequentibus, & antecedentibus, & repugnantibus: qui etiam ab adiunctis longē diuersus est. Nam adiuncta, de quibus paulo ante dictum est, non semper eveniunt; consequentia au-

tem

tem semper. Ea enim dico consequētia, quæ rem necessariō consequuntur. Item & antecedentia & repugnantia: quicquid enim antecedit quamque rem, id cohæret cum re necessario: & quicquid repugnat, id eiūmodi est, ut cohære nuram possit.

SEVER. BOETIVS.

EX P E D I T O adiunctorum loco, nunc de antecedentibus, & consequentibus, & repugnantibus differit. Quilocus, cum sit unus, in tria uelut membra diuisus est. Marcus quidem Tullius loci huius uocabulum acutem mihi autem totus Conditalis appellandus uidetur. Cuius cum promptissimè natura clauerit nomen quoq; ci, quod nos possumus, recte inditum manifestius apparet. Primum igitur singularium partium definitio prouidenda est. Itaq; Antecedens est, quo posito aliud necesse est consequatur. Item Consequens aliquius est, quod esse necesse est, si illud, cui est consequens, praecessisse constiterit. Repugnans est, quod simul cum care, cui repugnare dicitur, esse non possit. Antecedentium igitur atq; Consequentium & Repugnantium unum locū esse prædictimus: qui quomodo sit unus, paucis oftendam. Primum igitur, dum quereretur, quoniam modo unus esset locus à Consequentiis, & antecedentibus, & Repugnantibus, dicebatur: quoniam eiusdem mentis est, atq; intelligentia, tam consentanea sibimet, quam dissidentia prouidere: tacerco hunc quoq; locum unum uideri. Consentaneorum namque due sunt partes, antecedens una, altera consequēs. Nam cum aliquo precedente comitatur alterum, illa sibi in ipsa natura consequentia consenserit necesse est. Repugnantium uero, tamei spartes sunt unum tamē est utrisque uocabulum: utraq; enim Repugnatio nominantur: duo uero esse, que sibimet repugnant, atque à se dissentiant, nullus ignorat: sed eo distant, quid antecedentium

x 4 5

et consequentium duo sunt nomina, licet unus utrisque consensus repugnantibus uero unum nomen est, cum sit unus in utrisque diffensus. Ergo eadem mens, eademque intelligentia ratio, id quod precedit, et id quod comiciatur, intelligit. Neque enim fieri potest ut antecedens aliquid intelligatur, nisi in eodem, quid sit consequens, consideretur. Eodem quoque modo nec consequens nisi apparente quid precedat. Item repugnans aliquid intelligere nemo potest, nisi intelligat, cui repugnat. Sed quoniam eadem ratio potest similia, dissimiliaque perspicere: antecedentium uero et consequentium consensus quidam, et per naturam similitudinem concordia est: diffensus uero in repugnantibus, ac dissimilitudo necessitate est, ut una atque eadem ratio, et antecedentium, consequentiumque naturam et repugnantium spectet. Quo sit ut unus quoque locus sit, quem una intelligentia comprehendit. Sed hic opponebatur, Cur igitur aliud ex similitudine, aliud ex contrario locum M. Tullius superius numeravit? Nam secundum propositionem rationem, quoniam similitudinem et contrarietatem intelligentia una percepit, unus locus similius, contrario unque esse debuit. Sed respondebat: quoniam non eodem modo sibi antecedens, et consequentia consentire dicuntur, sicut ea, que similia nuncupantur. In his namque una tantum qualitas inventur, et secundum eandem qualitatem similia esse dicuntur: at in antecedentibus et consequentibus non qualitas similitudo, sed quidam naturae consensus est. Et que similes sunt: sine se esse possunt: antecedentia uero et consequentia sine se esse non possunt: atque ideo non uidetur esse consequentium et antecedentium cum similitudine illa communio naturae. Quare ratio non ual de uidetur idonea: nec explicat, quo d demonstrare conatur. Illud certe firmissimum esse constituit: quod huius loci tractatus conditionalibus semper propositionibus accommodaretur. Conditionalis uero propositionis est, que cum conditione pronuntiat esse aliquid si alia fuerit, ueluti cum dicimus, Si dies est, lux. Hec igitur

igitur rerum consequentia facile in repugnantibus uertitur. Nam si rebus consequentibus negatio interponatur, ex consequentiis repugnantia redduntur, hoc modo, Si dies est, lux est. Repugnantia sunt ita, si dies est, lux non est. repugnant enim diem esse et lucem non esse. Quae repugnantia in conditione consistit. Dicimus enim, Si dies est, lux non est. Nam diei contrarium est nox. Consequens uero noctis, lucis non esse. Quare esse diem, et non esse lucem, repugnat. Argumento uero est hanc repugnantiam in conditione consistere: quia si conditio deficit, nulla est repugnantia: hoc modo, Dies est, lux non est, utque enim disiuncte propositiones, suas sententias gerunt, nec quicquam intelliguntur habere commune: atque ideo diversis accepta temporibus, uera sunt, nec repugnat. Nam sicut in his propositionibus, dies est, lux est, nulla est consequentia: quoniam conditio deficit, que propositionem facit connexam: sed utque se disiuncte suam sententiam claudunt: ita in his, quibus proponitur, Dies est, lux non est, nulla est repugnantia: quoniam seruat suam utraq; separata sententiam. At si his conditio interueniat superiorum quidem ita sententia copulatur, ut consequentes sicut: posteriorum uero ita, ut repugnantes, hoc modo, Si dies est, lux est. Hec consequens propositionis, ex duabus per conditionem medianam effeta est una. At si sit ita: Si dies est, lux non est: repugnat: negatum enim quod consequitur, repugnare necesse est. Amplius, argumentum quod ex antecedentibus et consequentibus fit, ex iuniorum propositionis connexa partibus nascitur: nam conditionalis propositionis connexae una pars est antecedens, alia consequens. Quod si a repugnantibus argumentum fiat, rursus ab iuniorum propositionis membris tale argumentum nasci oportebit. Igitur ex his propositionibus Dies est, lux est, una esse non potest, nisi conditione copulentur, ut unum sit antecedens, aliud consequens. Et ideo in his ex antecedenti et consequenti argumentum esse non potest: quoniam

nion due sunt. Etiam ex illis quoq; propositionibus , que sunt, Dies est, lux non est, una esse non poterit, nisi conditionis adiunctione in unius quodam modo propositionis sententiam reducantur : cuius propositionis partes sunt repugnantes. Nam ut in connexa propositione una pars est antecedens , alia est consequens: ita in repugnanti utraq; pars propositionis, à semet iniuicem repugnat, ac disidet. Amplius, repugnans propositionis conexa partem contrariam tenet: nam ut in illa, quod antecedit, secum id quod sequitur trahit: ita in hac propositione, partes simul esse non possunt. Contraria uero differentiae sub eodem generi ponis solent. Si igitur connexa propositionis in conditione est constituta: repugnans quoq; in conditione constituit. Quod si et consequentiam propositionum, & repugnantiam conditio facit, non est dubium, quin locus hic iure conditionalis vocetur: ac sit unus positus in conditione diuisus partibus, id est in antecedentem, consequentem, & repugnantem. Connexae namq; propositionis una pars antecedens est, alia consequens. Repugnans uero propositionis utraq; repugnat ac disidet. Itaq; connexae propositionis partes, antecedens & consequens sunt repugnantes uero repugnantes partes sunt. Nec illud intelligentiam turbet, quod Dies est, & Lux est, quadam sibi ratione consentiunt. Item Dies est, & Lux non est, quasi si se dissentiant atq; discordant, nam commixa est propositionis, si cum aliud antecedit, aliud consequatur. Item repugnans, si uno posito falso, aliud inferatur: quod esse non potest, nisi id uis conditionis efficiat. Quocirca aperte demonstratum esse arbitror, Conditionalē hunc locum uocari: & recte è unum esse à M. T. constitutum. Quomodo uero fiat ab antecedentibus et consequentibus & repugnantibus argumentum, posterior dicam. Sed quoniā nullius facultatis alterius est, quidquam rem consequitur, uel cuiq; quid repugnat, inspicere, nisi dialecticē tantum, que huius quam maximē rei per illam profitetur: idcirco ait hinc esse locum totum Dialecticorum,

rum, qui etiam ab adiunctis longē diversus est. Primum quod Adiuncta prodere sece, atq; ostentare inuicem possunt, non uero perficere atq; implere naturam: ueluti ambulationē pedum strepitū signare quidem, ac denuntiare potest, efficere uero non potest. Neq; enim ambulationē efficit pedum strepitū: nec uero ex necessitate ambulatio, ut pedum strepitū sit, autor est: sed sepe ita ambulatur, ut nullus pedum strepitū exauditur: sepe non mutato loco, moueri pedes, ac strepere præter ambulationē querunt. Idecirco non semper inueniuntur adiuncta: propositionis termino, quem probare contendimus, sepe ex adiunctis argumenta deficit: quia ipsa quoq; aliquoties deficere uidentur adiuncta: Precedentia uero, & consequentia, & repugnantia nūquā desunt. Omne enim quicquid in rebus est, habet quod se aut sequatur naturaliter, aut præcedat. Est etiam, a quo natura diuersitate disideat: uelut hominem sequitur quidem animal, præcedit uero substantiam, dicitur enim, si homo est, animal est. Substantiam uero præcedit, cum proponimus, si animal est, Substantia est. Repugnat uero mortuo, cum eruntianus, si animal est, mortuum non est. Præterea que sunt adiuncta, temporibus distributa sunt, ut ante rem, cum re, uel post rem. Que uero sunt antecedentia, consequentia, & repugnantia, quomodolibet in temporibus sint, nihil refert. Nam priora sepe temporibus comitantur, & temporibus posteriora præcedunt: & que simul temporibus sunt, alias præcedunt, alias uero consequuntur, ut superius quoq; sepe diximus. Amplius, Que antecedentia sunt & consequentia, relinquere sece non possunt, nec sibi repugnantia coherere: & sunt necessariō sibi meti connexa, uel inconnexa. Que uero sunt adiuncta, nihil obtinet necessitatē: quia & tunc sibi meti, & a se separari queunt. Que cum ita sint, questione difficultis uelementer oboritur. Videtur enim minus intuentibus nihil hic locus differre ab his locis, qui dicti sunt uel à genere, uel à specie, uel à contrarijs. Nam genus semper species sequitur: species genus

genus precedit: contraria autem simul esse non possunt. Quae soluenda est hoc modo. Primum, quia non omne consequens, genus est: nec species antecedens. Repugnat uero, non ipsa contraria, sed contrariorum sunt consequentia: ut in locorum, quia M. Tullio propositi sunt, expositione monstrauimus. Deinde, quia cum a genere sit argumentum, ipsum genus assumitur: eodem quoq; modo species, cum ab ea aliquid volumus approbare. Cum uero ab antecedentibus et consequentibus aliquid monstrare contindimus, eo quod in conditionali propositione praecedit, utimur in assumptione: etiam si non fuerit genus. Item si a consequenti argumentum sit, etiam si species non sit a conditionali propositionis ducitur argumentum, uelut cum ita dicimus, Si ignis est, leuis est: ignis antecedit, I. euitas sequitur: sed neutrum neutri est genus: aut species. Assumitur itaq;: At quia ignis est. Nunc igitur, id quod antecedebat assumptioni: ex quo monstratur conclusio, I. euis ignis est. At si ita assumatur, sed non est leuis: id quo consequebatur assumptioni. Concluditur ergo, atq; monstratur. Non est igitur ignis. Vides igitur, ut de his precedentibus et consequentibus nunc loquimur, que in conditionali propositione posita, uel praecedere uel consequi intelliguntur. Cum uero sit ex genere argumentum, species quidem est, de qua aliquid probare intendimus: genus uero assumimus, non quasi praecedens, sed quasi continens: ut quicquid esse consideratur in genere, id etiam forma quoq; debet aptari. Genus enim, quo ad permanet, a sua specie non recedit. Cum uero de specie sumimus argumentum, genus quidem est, de quo aliquid queritur: sed id laboramus, ut id, quod de genere conatur ostendere, ex specie positi facilius agnoscatur. Ut cum uxori Fabiae relictum fuisset legatum, si matrem familiæ fuisset: quoniam non conuerterit in manum, scilicet ab in manu conuentio ne, que species est uxoris, uxorem, quod est matrem familiæ genus, a legati inter se iungimus: et legatum ad speciem, id est matrem

trem familiæ deriuamus. Sed illud interius dispendendum uidetur, num locus ab antecedentibus et consequentibus superuacuus esse uidetur: cum, qualibet modo fuerint ex eo argumenta composita, a ceteris locis, quos superius descripsimus, non recessant. Nam quodcumq; ab antecedentibus et consequentibus duicitur argumentum, id uel a toto, uel a partibus, uel a coniugatis, uel ab aliquo reliquorum tractum esse perpendiculariter, hoc modo. Si utilis est aequitas constituta ad res suas obtinendas, utile est ius ciuile. At uile est quod praecedit: quod sequitur igitur. Hic est a definitione argumentum, scilicet ab assumptione praecedens. At si ita dicam, Sed non est utile ius ciuile: non est igitur utilis aequitas constituta ad res suas obtinendas: hic per consequentis assumptionem et definitionis loco sumptum est argumentum. Item a partium enumeratione, Si neq; censu, neq; ceteris liber est, non est liber: at censu, uel ceteris: est igitur liber. At non est liber: neq; censu igitur, neq; ceteris manumissus est. Sed notandum est, que sit uis iniurie cuiusq; argumentum, et quoniam modo proferatur. Sunt enim argumenta, que praedictius aperte sint syllogismis: ut a definitione, sic, ius ciuile est aequitas constituta, et reliqua. Id uero utile est: utile est igitur ius ciuile. Item a partibus, Qui neq; censu, neq; iudicata, neq; testamento est manumissus, hic ex seruitute liber factus non est: Stichus uero neq; testamento, neq; censu, neq; iudicata manumissus est: Stichus igitur liber non est. Et in ceteris eodem modo. Omnia uero quaecumq; per categoricum syllogismum proferri possunt, eadem per conditionalem dici queant. Omnis namque praedictiva propositione in conditionalem uerti potest, hoc modo. Omnis homo animal est, praedictiva est. Haec facile uertitur in conditionalem, ita, Si homo est, animal est. Non uero omnis conditionalis in praedictivam uerti potest. uelut hic, Si peperit, cum uiro concebuit, nemo enim dicere potest ipsum. Peperisse, id esse, quod cum uiro concubere, quomodo dicimus hominem id esse, quod

quod animal sit. Alia enim ratio est in his propositionibus, que ita dicuntur: Que peperit, cum uiro concubuit: hec enim similis est ei, que dicit, Si peperit, cum uiro concubuit. Sed per dictiu[m]a propositione id esse subiectum dicit, quod fuerit praedictatum. Conditionalis uero id ponit, ut si id quod antecedens fuerit, comittetur necessario quod subsequitur. Cum uero predicativa est propositione, si ea uertatur in conditionalem, alia nimis redidit propositione. Nam cum dicitur, Omnis homo animal est; si homo, animal esse proponitur: cum uero, Si homo est, animal est: non id sentitur, ut ille qui homo est, animal sit; sed propositione esse hominem, consequit ut sit animal. Ergo conditionalis syllogismus in antecedente et consecutione positus, licet per definitionem, licet per partium enumerationem, licet per coniugationem, & quolibet alio si at modo: tamen in propria forma se continet: et est conditionalis, id est utrum in propria condizione, ut quodam modo cetera argumenta sue ueluti naturae uideatur habere subiecta: ut cum sit a definitione argumentum, si quidem per predicatiu[m] formam factus fuerit syllogismus, a definitione deductu[m] esse datur, sin uero per hypothesis facta fuerit argumentatio, conditionalis sit syllogismus: quem discernat assumptio, utrum ab antecedentis, an a consequentis parte promatur. Quod sit, ut etiam si per ceteros locos conditionale argumentum fuerit, tamensum quandam habeat formam: quandoquidem in antecedente & consecutione est constitutas. Tunc enim definitio, partes, coniugatio, et cetera, uelut res ipsae fuent, ac non locus, cum uenerint in conditionem, a si conditio cesset, ex ipsis perfectum uidebitur argumentum. Quod si propositionem conditio copula ueritatis ipsa quidem ea, que in propositionibus continentur, sunt ueluti quedam argumenti partes: locus uero in conditione est constitutus: Atque haec non ita dicta sunt, quasi alter conditionalis hic locus tractari non ualeat, nisi eorum aliquem, quos prædictimus, includat. nam potest preter eos etiam sapere reperiiri: ut cum dici-

mus,

mus, si homo est, risibilis est. Si cornu est, niger est. Hic enim nec definitionem, nec partes, nec illum alium locum superius enumeratorum, continet argumentum. Amplius, Facile est in singulis eorum differentias praeditore. Locus quippe a toto, a substantia trahitur a partibus uero, a rei compositione. nam in simplicibus terminis tale argumentum non potest inueniri a nota, ab interpretatione: a coniugatis, ab eo quod ex eodem utrumq[ue] didicuntur a genere, a continenti, a forma, ab eo quod continetur a differentia, ab eo quod discrepat a similibus, ab eadem qualitate: a contrariis, ab eo quod a se longe diversa sint: a causis efficientibus, ab effectis, ab his que uim alterius efficientie suscepereunt: ab adiunctis, a uincimente natura: a comparatione maiorum, parium, uel minorum, & relatione ad aequalem uel in aequalem quantitatem. Ab antecedentibus uero, longe aliud modus est. Constat enim in eo, quod si propositione quid fuerit, aliud quidam modis omnibus existet, quod Consequens appellatur. Huius uero intelligentia consistit in eo, quod praecedente quolibet, aliud subsecutum est. Repugnantium uero intelligentia consistit, non modo quod neq[ue] sequi, neq[ue] antecedere possunt: uerum etiam quod simili esse non possunt: que in conditione consistere dubium non est. His igitur in expeditis, quoniam M. Tullius proprietatem loci, ut in transuersu posuit, evidenter expressit: nunc quibus modis eodem loco uti conueniat, adiungit. Quod topicorum pars, quoniam diligentius explana[n]da est, fine quartu[m] volumini facienda, quinto cetera redditur.

## IOAN. VISORIVS.

Deinceps est locus Dialecticorum proprius ex consequentibus & antecedentibus & repugnanciis.) Ut Antecedens est, quo posito, necesse est aliud sequatur: ita Consequens dicitur, quod antecedente posito, sequi necesse est. Si iustitia est, uirtus est: iustitia est antecedens. Nam ea posita necesse est uirtus tem sequi: unde sit, ut uirtus sit consequens, quippe que posita uirtus ex necessitate colligatur. Repugnans est, quod cum re, cui regu-

repugnat, h̄erere non unquam potest. ut nocendi libido, amicitia repugnat. minquam enim amicus ei nocere cupit, quem amat. Quod autem Cicero dicit, hunc locum ab antecedentibus, consequentibus, & repugnantibus Dialeticorum proprium esse, non sic accipiendum est, ut ad solos Dialeticos pertinere intellegat. Nam paulo ante dixit, locos omnes omnium disputationum esse communes: quo sit, ut non Dialeticorum modo, sed Oratorum quoq;. & Iurisconsultorum hic locus esse videatur: id quod postea Cicero testatur, ubi ait: Hoc differendi genus attingit omnino uestris quoq;. in respondendo disputatione. Cicero uestras dixit, Trebatum alloquens, id est Iurisconsultorum. Demide addit, Sed Philosophorum magis, quibus est cum Oratoribus illa ex repugnantibus sententijs communis conclusio: quia à Dialeticis tertius concludendi modus, à Rhetoribus Enthymema nuncipatur. Unde colligeri paratum est, non Dialeticorum modò locum hunc esse. Nam si locus à repugnantibus Dialetico sit & Oratori communis, & itidem sit locus ab antecedentibus, consequentibus, & repugnantibus. Qui etiam ab adiunctis longè diuersus est.) Quintilianus eundem locum ab adiunctis & consequentibus. i. cap. lib. v. facit quare Ciceroni uidetur aduersari. Nam Cicero consequentia longè diuersa ab adiunctis esse dicit. Verum Quintilianus adiuncta & consequentia altera, quam Cicero, cepit. Nam à Quintiliano dicuntur Adiuncta que consentanea & coniuncta sunt cum re, necnon ei coherent. Item consequentia à Quintilianus uocata, non ex antecedentibus consequuntur, sed quae simul, mutuo, & inuicem se comitantur, id est, quae idem retro ualent, et reciproca sunt, ut si iusti

iustitia bonum est, recte est indicandum: Si perfidia malum, non est fallendum. Argumentum conuerte, idem valebit: ut si non est fallendum, perfidia malum est. Si recte est indicandum, bonum est iustitia. Hęc, ut dixi, A diuincta simul, id est, cognata & coiuncta dicuntur, quia utrumq; alteri coniungitur & cohaeret. Tum Consequentia uocantur, quasi simul sequentia: quod utrumq; ab altero colligatur, & mutua sit inter ea consecutio. Consequētia sanè differunt a sequentib; quod cōsequētia sunt naturæ, sequentia temporis: naturæ dico, siquidē unius natura ab alterius natura pendet. Unde sit, ut cognata recte uocari dixerim: Biusmodi consequentia Græci οὐσία uocant, Latini mutua uocant, vel reciproca, quod idem retro ualent. Temporis uero sequentia sunt, que post facta futura sunt. Ex Græci οὐσίαι, Latini illatas, id est, collecta nominant. At Cicero secus adiuncta & cōsequētia, quam Quintilianus, accepit, longeq; diuersa esse uoluit: ut adiuncta sint, que uicinam, & frumentam naturam cum re de qua queritur seruant: ita tamen, ut rei necessario non cohaerant, sed satis est, modo uniuersa sint, etiā si non semper eueniunt, si plus tamē eueniunt possint, ut inimicitiae ea di adiuncta sunt, non tamen, quicunque alteri inimicus est, eundem occidit. Consequentia uero & antecedentia & repugnativa necessitate quandam, sicuti dictū est, præ se ferunt, quippe que ex Pronuntiatis connexis sunt, quorum natura est, ut si pars prior uera fuerit, posteriorē esse uera oporteat. Quare cum Cicero dixerit ab antecedentibus, consequentibus & repugnantibus argumentum necessarium esse, id in Pronuntiatis connexis intelligentem est. ut Si homo est, animal est, Homo antecedit est, & Animal consequens. hominē enim posito, animal sequi necesse est. Non semper eueniunt.) Adiuncta frequenter uerisimilia sunt, quam necessaria, non unquam tamē necessaria, ut superius de loco & tempore dictum est, quo argūto tanquam necessario publi. Clodius absolutus est, qui se Interāne fuisse probauit, quo

tempore sacra Bone Dea Roma in domo alterius cōfusis fieri. quare fieri nō potuit, ut ea Clodius polluerit, qui tum Romae non erat, sed Interāe. Vides hoc argumentum a loco, et tempore petitum, necessariū effezat locus et tempus adiuncta sunt; igitur ab adiunctis argumēta necessaria nonnunquā eruntur. Insper, ut probauimus, in uerisimilibus proprie rerum note aliquando sunt: at proprie rerū nota necessaria sunt, ut in his uerisimilibus cōiunctis, et coaueratis proprie note nisi inest: Illi enim qui casus est, mortem minatus es, noctu existi, proficiscentem antecēsi, deprehensus es in solitudine iuxta cadaver, gladium cruentum tenens, et statim rubuiisti, uel palliasti, ut deprehensus es: deinde latebras que stūdi: illū igitur occidisti. Horum adiunctorum singula uerisimilia sunt, et separata refelli posunt: collecta uero, et cōgregata proprie nota, id est, signi necessarij, uim habent.

BARTH. LATOMVS.

Deinceps est locus Dialecticorum.) Diximus hos tres locos in ordine quodam rerum, et certa lege existendi positos. Itaque non sumi, nisi per conditionem, nec concludi, nisi hypothetico syllogismo: quia sumi extra pronuntiatum hypotheticum non possunt. Quare rem necessarij consequuntur.) In hypothetico scilicet Pronuntiatio, quod cum duabus partibus constet antecedente et consequente, haec ita inter se iunguntur, ut impossibile sit consequens esse uerum sine antecedente, et in repugnantibus impossibile sit utrumque simul uerum esse. Itaque fit, quod uulgō dicunt, ut omnis conditionalis uera, sit necessaria; falsa impossibilis.

Antecedentia.) Dicuntur que aliquid necessariō ex se gignunt. Adiuncta non necessariō gignunt. Consequentia, que necessariō sequuntur.

AN I

## ANITII MANLII SE VERINI BOETII IN

Topica M. T. Ciceronis Com  
mentariorum liber  
quintus.



E OMNIBVS quidem hypotheticis syllogismis, patrici rhetorū peritisime, plene abundanter digestissimus his libris, quos de corū principaliiter institutione cōscripsimus: à quibus integrām, perfectāmq; doctrinā, cui reuelandi illa vacuum tempus est, lector accipiet. Sed quia nunc Ciceronis Topica sumptissimus exponna, atque in his aliquorum M.T. modorum meminī, dicendū nūbi breuiter existimo de his septem conditionalib; syllogismis, quæ eorum natura sit, propositionisq; contextio: ut cum hec ad sc̄iētiam rite prelibata peruererint, Tulliana facilius noscātur exempla. Omne igitur, quod in questione dubitatur, aut uerisimilibus, aut necessarijs probabilius argumentis. Argumentum uero omne, aut in syllogismi ordinem cadet, aut ex syllogismo uires accipiet. Syllogismus uero omnis, propositionibus constat. Propositiones autem omnes, uel simplices sunt, uel composite. Simplices, quæ simpli- cibus orationis partibus coniunguntur. Copulant autem inco- positoria propositionē simplices orationis partes, Nomē, et Verbu. ueluti cum dicimus, Dies est, uel dies uernus est, uel dies se- renus. Hic enim omniū uim propositionis nomen concedit et uerbum: omnis autem simplex propositio, ex subiecto, predicatoq; cōsistit. Subiectum est, de quo dicitur id quod pr̄dicatur. Pr̄dicatum est, quod ex eo dicitur, quod subiectum est. Verbum autem aliquoties pr̄dicato Nomini adiungitur, aliquoties ipsum pr̄dicatur, pr̄dicato Nomini adiungitur in hac propositione, que dicit, Dies serenus est. Dies enim, subiectus est: Serenus,

y 2 pr̄ad

prædicatur: est ut uero uerbū, Sereno adiunctū est: quod diximus esse prædicatum. At si talis sit propositio, que solo nomine constet, et uerbo, ueluti cùm dicimus, Dies est: tum Dies subiicitur: est ut uerbum, sine dubio prædicatur. Sine uerbo autem nulla est propositio. Omnis enim propositio uel uera, uel falsa est. Nisi autem uerbum sit quodlibet adiunctū, quo esse aliquid, aut nō esse dicatur, nulla ueritas, aut falsitas in propositionibus deprehenditur. Sæpe autē propositiones etiam ex totis orationibus constant: ut si dicamus, Transire in Africam uile est Romanis. Hic enim subiectū quidem est, Transire in Afica: Vile autem Romans, prædicatum: Est uero, prædicato coniungitur. Huiusmodi igitur omnes propositiones Prædicatiue dicuntur. Prædicatiue uero appellantur, quia aliud de alio prædicant. Omnesq; qui ex his propositionibus sunt syllogismi, secundum Enuntiationum suarum firmas, prædicatiue appellantur. Ex his autem prædicatiuis propositionibus existunt Composita: propositiones: quarum ali quidem copulatiua coniunctione negantur: ut Et dies est, et lux est: alie uero per conditionem sunt, que etiam Conditionales Enuntiations uocantur. haec uero sunt, que coniunctione quadam partibus interposita, ad consequentiam, conditionemq; ducuntur. Ag; enim sint duas propositiones prædicatiue, una quide que dicit, Animal est: alia uero, que proponit, Homo est. His si coiunctio interveniat, faciet, Si homo est, animal est. Vides igitur, ut duas prædicatiuas propositiones in unam conditionem coniunctio copulaverit. Que cum in sint, nomes haec propositiones Hypothetica, id est conditionales uocantur: atque ex his syllogismi tales existunt, quibus Hypotheticis, uel Conditionalibus nomen est. Omnis autem hypothetica propositio, uel per connexionem fit, uel per disjunctionem. Per connexionem hoc modo: Si dies est, lux est: per disjunctionem ita: Aut dies est, aut nox est. Earum uero, que per connexionem sunt, alie ex duabus affirmatiuis copulate sunt.

ut si

ut, Si dies est, lux est, nanque Dies est, et lux est, utrèque aliquid affirmat. Alio ex duabus negatiuis, ut, Si lux non est, dies non est, utrè negatio est. Alio uero ex affirmatiua negatiuaq; coniuncta sunt. ut Si dies est, nox non est. Alio uero ex negatiua atq; affirmatiua copulatur, ut, Si dies non est, nox est. Omnes tamen in connexione sunt positi. Aut enim affirmatio affirmatiuem sequitur, aut negatio negationem, eiq; connexa est: aut affirmationem negatio, aut negationem affirmatio. Sed ex connexis repugnantes manifestum est nasci. Namq; ubi affirmatio sequitur affirmationem, his si male negatio interposita sit, repugnantem facit, hoc modo, Si dies est, lux est: hic affirmatio sequitur affirmationem. At cùm dico, Si dies est, lux non est: repugnat inter se partes propositionis connexae, interposita negatione. Item quoties negatio sequitur negationem, si posteriori propositionis parti negatiuum dematur aduerbiu, repugnates sunt, hoc modo: Si animal non est, homo non est, haec connexa est ex duabus propositionibus negatiuis. At si posteriori parti, Homo non est, negatiuum detrahatur aduerbiu, fieri, Si animal non est, homo est: quod repugnat. At si affirmatio negationem sequatur, siue posteriori parti negatio iungatur, siue priori auferatur: repugnates sunt, hoc modo: Si dies non est, nox est: hic igitur affirmatio sequitur negationem. Siue igitur posteriori parti, Nox est, negatio copuletur, ut sit ita: Si dies non est, nox non est: siue priori auferatur, ut sit ita: Si dies est, nox est: repugnantem fieri propositionem necesse est. Quid si negatio affirmatione sequatur, et posteriori parti negatiui aduerbiu subtrahatur: propositionis connexae partes in repugnantiā cadūt: hoc modo: Si uigilat, non sterilit: hic affirmatione sequitur negatio, sed si posteriori parti, id est Nō sterilit, negatio dematur, fieri, Si uigilat, sterilit: et erit repugnans. Sed in connexis atque disjunctis propositionibus illud intelligendum est, quod in earum partibus et uis questionis includitur, et argumenti.

Age enim dubitetur, An lux sit, id est approbadum sit eo quod dies est. Si igitur ita sit propositio, si dies est, lux est: ea quidem pars totius propositionis, que sequitur, id est Lux est, questionis est. De eanque queritur, an lux sit. Ea uero que prior est, id est Dies est: unum continet argumentum: ex eo enim quod dies est, lux esse probabitur. Et in ceteris quidem uel conexis, uel disiunctis, adem ratio est. In omnibus uero his, quoniam syllogismus atque argumentatio ad demonstrandam partem alteram questionis accommodatur, questio uero omnis dubitabilis est: oportet syllogismos, qui accommodantur ambiguae questioni, indubitabiles esse atque perspicuous: qui, ut sint tales, ex claris, atque apertis, et in ueritate patetibus propositionibus necesse est coſtent. Propositiones uero partim per se nota sunt, partim aliquibus probationibus indigebunt. Omnis uero syllogismus enuntiatione proposita habet aliquius partis assumptionis, ut quod est in questione coſcludat: hoc modo: Si dies est, lux est. Ut igitur lucem esse demonstrem, assumam unam partem propositionis superioris constitutae, dicamus: Sed dies est: ac tunc deum id quod est in questione concludam, Lux est igitur. Ergo cum ad syllogismi conclusionem, et tunc enuntiationem in ponendo, et in assumptione parte enuntiationis utamur: necesse est, ut ea quibus utinam nihil habeant dubitabile, si quidem ex his ea que sunt ambiguæ, capient fidem. Quod si propositio aliquoties quidem per se nota est, atque perspicua, aliquoties uero probationis indigens inuenitur: assumptione quoque aliquoties per se uera esse notabitur, aliquoties approbationis indigens adiumentis. Quo sit, ut si et propositio et assumptione demonstranda sint, quinque pertinet, ut Cicero etiam in Rhetorica autor est, syllogismus fiat, constans ex propositione, eiusque probatione, assumptione, eiusdemque probacione, et conclusione. Quod si neutra sit approbada, tripartitus sit ex propositione scilicet, et assumptione, et conclusione. Quod si altera earum demonstranda sit, sit quadrupliciter.

tripartitus, ex propositione scilicet, et assumptione, atque unius tarum approbatione, et conclusione. Conclusionis uero ipsius approbatio, precedente propositione, atque assumptione perficitur. Que cum ita sint, cumque omnis propositio hypothetica, in connexionem disiunctionemque diuidatur: in connexis propositionibus aliud dicimus precedens, aliud consequens: idem autem consequens et connexionem vocamus, uelut in hac propositione, si dies est, lux est. Dies est, precedit; annexatur, Lux est. In disiunctis autem non est eadem ratio: quia cum ea que proponuntur, simul esse non possunt: nullo modo dicuntur esse connexa. Precedens autem et subsequens inde iudicatur: quia quod primum ponitur, iure antecedens: quod locatur posterius, iure subsequens dicitur. Ex his igitur propositionibus, que connexae sunt, si primus et secundus hypotheticorum syllogismorum modus: addita uero negatione propositioni connexae ex duabus affirmationibus copulata, easque insuper denegata, tertius accedit: ex disiunctis uero propositionibus, diverso modo assumptionibus factis, quartus et quintus: ubrisque uero per negationem compotis, sextus et septimus. Atque haec septem sunt hypothetica conclusiones, quarum M. Tullius in Topicis meminit: quarum omnium deinceps ordo atque exempla subdenda sunt. Primus: igitur modus est, cum in conexa propositione, assumpto eo quod procedit, volumus monstrare, quod sequitur ita esse oportere, ut est in connexione prolatum. In quo, si id quod connexum est, sequitur, assumptionis: nullus omnino fit syllogismus. Huius exemplum tale est, si dies est, lucet. Si igitur lucere monstruemus: assumamus necesse est diem esse, hoc modo. Atque dies est: consequitur ergo ex necessitate Lucere. Quod si Lucere assumptionis, atque ita dicamus: Atque lucet: non necesse est diem esse, atque ideo nulla necessitas erit conclusionis. Vbi uero nulla necessitas est, nec syllogismus quidem intelligi potest. Est igitur primus modus in hanc formam, si dies est, lucet: dies autem est lucet igitur.

Inveniuntur tamen in quibus aequo modo ualeat assumptio, siue precedens, siue subsequens assumptum: ut in homine atque risibili. Si enim homo est risibile est, atqui homo est risibile igitur est. atqui risibile est: homo igitur est. Sed in his haec causa est: quia Homo atque Risibile, et qui sunt termini: atque idcirco uno posito alterum comitari necesse est. Sed quia hoc in omnibus non est, idcirco dicimus non esse uniuersale, ut assumpto posteriori, quod praecedebat probetur. Secundus uero modus est, quoties assumpto posteriori atque consequenti, quod antecesserat auferatur: hoc modo: Si dies est, lucet. hic si assumamus non lucere, contrario modo, atque in propositione prolatum est, assumemus, dicentes: Atqui non lucet: in eo igitur sequitur, non esse diem. Quod si diem negemus, id est quod antecedit, in assumptione contrario modo, atque positum est in propositione, proferamus: non tollitur quod est conexum. ut si dicamus: Atqui non est dies: non potest sequitur, non lucere. Potest enim non esse dies, et tamen lucere. Est igitur secundi modi forma huiusmodi, si dies est, lucet: atqui non lucet: non est igitur dies. Primus igitur modulus assumit quod precessit: ut approbet quod connexum est. non potest uero assumere quod connexum est, ut probet quod precessit. Secundus autem assumit e contrario quod sequitur, ut quod precessit euerat, non potest autem e contrario assumere quod precessit, nisi id quod conexum est auferatur. Tertius modulus est, cum inter partes conexae, atque ex duabus affirmationibus copulatis propositionis negatio interponitur ea que ipsa negatio denegatur: que propositione, ὅπερα φάντατον είναι οὐκείναι. Graeco sermone appellatur: ut in hac ipsa, quam superioris proposuimus, Si dies est, lux est: si inter has propositiones negatio interueniat, sicut hoc modo: Si dies est, lux non est: ac, si ulterius denegemus, erit ita: Non si dies est, lux non est: cuius propositionis ista sententia est: Quia si dies est, fieri non potest, ut lux non sit. Que propositione superabnegativa appellatur. talesque sunt

sunt omnes, in quibus negatio preponitur negationi, ut, Non non est dies. Et rursus, Nec non Aesonij Troia gens missa coloni. In hac igitur si priorē partem, id est, diem esse, in assumptione ponamus: cōsequetur etiam lucem esse: hoc modo: Non si dies est, lux non est: atqui dies est lux igitur est. Qui modus a superioribus plurimiū disfat: quod in eo modo qui sit ab antecedentibus, ponitur antecedens, ut id, quod sequitur, astruatur. In modo uero a consequentibus, perimitur consequens, ut id quod precesserat, auferatur. In hoc uero, neutrū est, nam neque antecedens ponitur, ut quod sequitur cōfirmetur: nec intermitur subsequens, ut id quod praecesserat erucatur: sed ponitur antecedens, ut id quod sequitur intermitatur. Hic autem propositionis modus, partes inter se suas continet repugnantes. Aduersum quippe est, ac repugnat, Si dies est, non esse lucem: sed idcirco rati propositione est, quia consequentium repugnantia facta per medianam negationem, alia negatione destruitur. Et ad uim affirmationis omnino renovatur: nam quia consequēs esse intelligitur ac uero, si dies est, esse lucem, repugnat ac falso est, Si dies est, non esse lucem. Que denegata rursus uera est, ita: Non si dies est, lux non est: sit consimilis affirmationis: Si dies est, lux est: quia facit affirmationem genuinam negatio. Similiter uero sunt ex repugnantiis propositionis partibus argumenta, uel si duabus negationibus, uel si negatione et affirmatione, uel si affirmatione et negatione iungantur. Quomodo uero sicut ex talibus connectis repugnantes, superioris dictum est. Sit uero ex ea propositione, que duabus iungitur negatiua, ex repugnante argumentum, hoc modo: Si propositione, si non est lux, dies non est: siat repugnans ita: Si non est lux, est dies. huic iungamus negationem, ut siat uera, ita: Non si lux non est, dies est: atqui lux non est: dies igitur non est. Item si ex negatione atque affirmatione propositione haec, si dies non est, nox est: hinc addatur ex posteriore parte negatio, et sit ita: Si dies non est, nox non est: fit

fit repugnās. hec nihilominus annuatūr, ut sit uera. Non s̄ dies non est. Assumimus. Atqui dies non est: concludimus. Nox igitur est. Item si ex eadem propositione, que ex negatione affirmatiūs, coniungitur, & dicit, Si dies non est, nox est: a priori parte negatio subtrahatur, fiat repugnās: hoc modo, si dies est, nox est. Hunc apponatur negatio, ut uera esse posſit, hoc modo: Non si dies est, nox est: assumuimusq;. Atqui dies est: concluditur. Nox igitur non est. At si sit ex affirmatione & negatione propositione coniuncta, uelut hic, si uigilat, non stertit: demittit posteriori parti negatio, ut fiat ita, si uigilat, non stertit. sed hec repugnat. Tota rursus propositione devengetur, ut uera fiat, hoc modo: Non si uigilat, stertit: assumimus. At qui uigilat: concludamus necesse est. Non stertit igitur. Sed hec quatuor ex repugnantibus conclusiones, in tertio modo constare intelligiuntur: quarum quidem Tullius tres cōmemorauit, unamq; p̄cepto docuit, eam quam propositione talis efficit, que duabus iungitur affirmatiūs: duas uero exemplis scilicet eam, que ex tali propositione nascitur, quam diuē copulant negationes: & eam que ex tali cōnexa procreatur, que ex affirmatione negationēq; consistit. Reliquam uero p̄tererit, quod illarū similitudine etiam in tertium conclusionis modum videbatur indicere. Quartus modus in disunctione consistit hoc modo. Aut dies est, aut nox est: sed dies est: nox igitur nō est. Huius hec ratiō est: quia disunctiua enuntiatione propria, prior pars eius assumitur affirmando, ut subsequens auferatur. Ex ea enim propositione, que dicit, Aut dies est, aut nox est: assumimus. Atqui assumptionis consequitur, nō esse diem: quam affirmationem assūmūt in eadem disunctiua propositione, id quod primū est, negādo est, aut nox est: atqui dies non est: per negationem scilicet facta est assumptionis; consequitur, esse noctem. Sextus uero modus ac septimus

septimus, ex quarti & quinti modi disunctiua propositione deciduntur, una negatione scilicet adiecta, & disunctiua propositione detracta: additāq; coniunctua his propositionibus, que superius in disunctione sunt positi, hoc modo: Non & dies est, & nox est. Duidum igitur in disunctiua ita fuit, ut Aut dies est, aut nox est. Ex hac igitur propositione sublata Aut cōiunctio ne, que erat disunctiua, adiectum. Et, que copulatiua est, prae posuimusq; negationem. Itaque secimus ex partibus disunctiue propositionis copulatis, addita negatione, propositionem sexti aq; septimi modi, que est, Non & dies est, & nox est. In qua si assumatur, esse diem noctem non esse, consequitur: Atqui dies est: nō est igitur nox. Septimus uero modus est, cum prima pars propositionis negando assumitur, ut posterior subsequatur hoc modo. Non & dies est & nox est: atqui dies non est: nox igitur est. Atque hic modus propositionum in solis his inueniri potest, quorum alterum esse necesse est, ut diem uel noctem, aegritudinem uel salutem, & quicquid medium non habet. Quo autem modo omnium syllogismorum conditionalium ueritas se habeat, his diligenter explicauimus libris, quos de hypotheticis conscripsimus syllogismis. Nunc uero, non quid de his posterior consideratio inueniri potest, apposuimus: sed id quod ad explanandum M. Tullij sententiam poterit accommodari. Ut igitur cuncta, que diximus, breuiter colligantur: Primus modus est, quoties in connexa propositione primum, ut in propositione locatur, assumitur, ut consequatur secundum: hoc modo: Si dies est, lux est: atqui dies est: lux igitur est. Secundus modus est, quoties in connexa propositione secundum est, contrario assumitur, quam in propositione locatum est, ut id quod primum est auferatur: hoc modo: Si dies est, lux est: atqui non est lux: non est igitur dies. Tertiū modus est, cum connexa propositionis partes ex affirmationibus iuncte, negatione diuidantur, totijs propositioni negatio rursus adiungitur, assumiturq; quod prius est, ut in

ut in propositione est enuntiatum, ut ē contrariō concludatur secundum, quām in propositione prolatum est: hoc modo: Non si dies est, lux nō est: atq̄ dies est: lux igitur est. Hic ergo posito, quod p̄cedebat, id est, Eſſe dicim: euerſum est, quod sequetur, id est, Non eſſe lucem. Negationem quippe affirmatio omnis euerſit. Vel cū connexa propositionis negationibus iuncte secunda parti negatio detrahitur, totaq; propositio denegatur, positaq; priore propositionis parte, intermititur quod subsequitur, hoc modo: Non si lux non est, dies est: atq; lux non est, dies igitur non est. Vel si connexa propositionis ex negatione atq; affirmatione composita secunda parti negatio iungatur, eaq; insuper denegetur, ponaturq; quod prius est, ut id, quod sequitur, auferatur, hoc modo: Non si dies non est, nox non est: atq; dies nō est: nox igitur est. Vel si in eadem propositione, que ex negatione atque affirmatione copulata est, priori parti negatio subtrahatur, eaq; denegetur, ponaturq; quod primum est, ut id quod sequitur auferatur, hoc modo: Non si dies est, nox est: atq; dies est: nox igitur non est. Vel si connexa propositionis ex affirmatione & negatione copulata, posteriori parti negatio dematur, totaq; insuper denegetur, positoq; priore, id quod sequitur intermititur, hoc modo: Non si uigilat, sterit: atq; nigrat: non sterit igitur. Atque hec omnia in tertio esse intelliguntur modo, atque ex repugnantibus fiuntur: & semper id, quod antecedit, ponatur, ut id, quod sequitur, auferatur. Nam sicut in propositione conditionali, que negata repugnantia partium uera fit, prior pars proponitur, siue affirmativa siue negativa: ita eam reddit assumptio. Sed ut prima pars fuerit assumpta, reliqua contraria enuntiatione cōcludit. Nam si assumptio fuerit affirmativa, erit negativa conclusio: si assumptio negativa: erit conclusio affirmativa. Quartus modus est, cum in disjunctua propositione primum ponatur, ut auferatur secundum, hoc modo: Aut dies est, aut nox est: atq; dies est: non est igitur nox.

Quintus

Quintus modus est, quoties in disjunctua propositione auferatur quod prius est, ut ponatur secundum, hoc modo: Aut dies est, aut nox est: nō est autem dics: nox igitur est. Sextus modus, cum his rebus, que in disjunctionem uenire possunt, id est contrarijs, vel repugnantibus medietate carentibus, negatio p̄ponitur, & copulatio cōjunctiones adiunguntur, poniturq; quod prium est, ut id quod est subsequens auferatur, hoc modo: Non ē dies, & nox est: dies autem est: nox igitur non est. Septimus modus est, cūm in eadem propositione auferatur id, quod p̄cedit, ut ponatur id quod confequitur, hoc modo: Non ē dies est, & nox est: atq; dies non est: nox igitur est. His igitur ita praeditis, ad Ciceronis uerba ueniamus.

## C I C E R O .

Cum tripartito igitur distribuatur locus hic, in consecutionem, antecessionem, repugnantiam, reperiendi argumenti locus simplex est, tractandi triplex. Nam quid interest, cūm hoc simplex sit. Pecuniam numeratam mulieri deberi, cui sit omne argentum legatum, utrum hoc modo cōcludas argumentum? Si pecunia signata argenteum est, legata est mulieri: est autem pecunia signata argentum: legata igitur. An illo modo? Si numerata pecunia non est legata, non est numerata pecunia argentum: est autem numerata pecunia argētum, legata igitur est. An illo modo? Non & legatum argentum est, & non est legata numerata pecunia: legatum autem argētum est: legata igitur numerata pecunia est.

## SEVER. BOETIVS.

EV M locum qui ex antecedentibus, & consequētibus, & repug-

repugnantiis effet, unum recte uideri, cumq; in conditione esse possum, sed tria partitione distribui, superius explicatum est. Id est M. Tullius evidenter notat, dicens, Intellectu quidem eius, considerationemq; in conditione postam, unam esse, sed per argumentationis tractationem tripartito diuidi. Cuius rei per primum, et secundum, et tertium hypotheticorum syllogismorum modum, sicut paulo superius diximus, exempla subiecit. Quae quonia implicatio uidentur, quam ut primo statim aditu comprehendatur: uisum paulisper est apertioribus exemplis animule floris imbuere: ut in facilioribus primum exercitata intelligentia, sine magno negotio, que sunt difficiliora, perpendat. Ab antecedentibus igitur argumentatio fit, quoties enuntiata conditione propositionis, sumitur id quod antecedit, ut id quod sequitur, inferatur, hoc modo: Si enim dubitum, An Tullius animal sit: cœcedaturq; eundem Ciceronē esse hominem: et si rata proposicio hæc, Tullius si homo est, animal est: Homo antecedit, Animal sequitur. Si igitur ex antecedentib; uelim facere argumentationem, assūmā id quod p̄cedit, hoc modo: Sed homo est Cicerō, et sequitur, animal esse Ciceronē. Et est hic primus, quem supra diximus, modus Rurflus à consequēti argumentatio fit. Quoties in conditione proposita, id quod consequitur, tollit assumptio, ut id quod p̄cesserat intrinsecatur, hoc modo: Si homo est Cicerō, animal est, antecedit Homo, sequitur Animal. Si igitur ex consequenti facere argumentum uelim, dicā: Atqui non est animal: sequitur, esse ne hominem quidem: sed id perspicue falso est: esse enim hominem constat: falso sum igitur, animal nō est: Tullius igitur animal est. Et hic dictorum superius secundus est modus. Q̄od si a repugnantiis fiat, in tertio scilicet modo digestarum superius conclusionum faciemus, ita: Non si homo est Tullius, animal non est: repugnat enim esse hominem et animal non esse. Hic si assūmamus Esse hominem. Animal quoq; esse, recta ratione concludimus, hoc modo: Atqui homo est: animal igitur

tur est. Atq; hic quidem modus ex ea propositione connexa contueritur est, que ex duabus iuncta est affirmatiua. His igitur tribus modis Tullius, qui homo est, animal quoq; esse monstratus est: nunc quidē, dum id quod antecedit, assūmimus, id est, esse hominem: nunc uero, dum id quod consequitur, in assumptione denegamus, id est, non esse animal: nunc autem repugnantiā denegantes eorū que sibi sunt consequentiā, posito quod p̄cedebat, id quod sequebatur intulimus. Quibus ita pr̄ cognitis, nūc M. T. tractemus exempla. Cūn enim dixisset, Loci in consecutione, antecessione, et repugnantiā positi, reperiēdi quidem argumenti simplicem esse intellectū, tractandi autē triplicē: adiecit: Nam quid intercessit, cūn tibi sumperis ad demonstrandam pecuniam numeratā mulierit deberi, cui sit argētum omne legatum: utrum id ab antecedentib; an a consequēntib; an a repugnantiib; probet? Namq; eadem sententia in conclusione colligitur: et argumentationū diuersitas, nō in re, sed in antecedentium et consequentiū et repugnantiū tractatu est constituta. Primum igitur ponatur, quod testamēto aliquis omne suum argētū mulieri legauerit: queraturq; an numerata pecunia mulieri legata sit: concedaturq; numerata etiam pecunia argētū appellari. Argumentū igitur in primo modo ex antecedentibus tali ratione contexitur. Proponimus enim, si pecunia signata numerataq; argētū est, eadē pecunia numerata, atq; signata, legata mulieri est. Ile igitur p̄cedit, numerata atq; signata pecunia argētū esse, sequitur legata esse mulieri. Id igitur, quod p̄cessit assūmimus, dicētes: At est signata ac numerata pecunia argētū: concludimus, numerata signataq; pecuniam mulieri esse legatum. Eritq; totius argumentationis hic textus, si pecunia signata numerataq; argētū est, legata mulieri est: at est pecunia signata, numerataq; argētū: igitur legatum est mulieri. In quo si ad se p̄missemus, plurimi q; exēplis superius enodata, lectoris animus reuerteretur, hanc argumentationem in prima

mo modo ab antecedentibus esse compositam non ignorabit. A consequentibus vero hoc modo: Si numerata pecunia non est legata mulieri, cui sit argentum omne legatum: numerata pecunia non est argentum. Hic igitur praeedit, numeratam pecuniam non esse legatum, cum sit argentum omne legatum: sequitur, numeratam pecuniam argentum non esse. Si igitur id, quod est posterior, auferamus, id est, numeratam pecuniam non esse argentum, dicimus: Atqui est numerata pecunia argentum: affirmatio namque tollit negationem. Sequitur igitur, ut pars precedens auferatur, ea que erat, non esse legatum mulieri pecuniam numeratam, cum argentum ei fuisse omne legatum. Sed cum omnis negatio affirmatione conformatur, dicimus in conclusione: Est igitur numerata pecunia mulieri legata: cum sit argentum omne legatum, et sic huiusmodi argumentum. Si non est mulieri legata pecunia numerata, cum ei sit argentum omne legatum: non est argentum numerata pecunia: atqui est argentum numerata pecunia: legata est igitur mulieri numerata pecunia, cum ei fuerit argentum omne legatum. Sed quod Tullius breuitatis causa praeterit, id est, illam partem propositionis, que ait: Cum sit mulieri argenti omne legatum minus aperi-  
tioris intelligentie causa subiunxit. Ne perturbare lectorem debet, quod cum in superioribus exemplis in secundo modo per negationem facta fuerit semper assumptionem, et per negationem rursus illata conclusionem, num per affirmationem et assumptionem, et conclusio facta est. Cuicunque rei evidentissima ratio est. Nam cum in superioribus exemplis prima propositione ex affirmationibus fuerit constituta, atque in secundo modo assumptione id quod sequebatur auferatur, ita ut intermixetur id quod praecebat: necessariu[m] erat duplum affirmationem gemina negatione consumi, hoc modo: Si dies est, lux est: utrumque in affirmatione sunt constituta, et igitur posterior pars, id est, Lux est, que affirmatio est, intermixatur, deneganda est: dicam igitur: Atqui non est lux: quo fit,

fit, ut precedentem quoque partem, id est, Dies est, quam affirmationem esse manifestum est, negotiatione tollamus, concludentes Dies igitur non est. At in hoc Ciceronis exemplo utraq[ue] pars prima atque hypothetica propositionis negationibus enuntiata est: que in assumptione, vel conclusione non alijs, nisi affirmatioibus auferuntur, hoc modo. Est enim tale Ciceronis exemplum, Si legata non est mulieri numerata pecunia: non est numerata pecunia argentum. Vides, ut si utraq[ue] negatio. Nam et Non esse legatum mulieri pecuniam numeratam, et Non esse numeratam pecuniam argentum, utr[um]q[ue] in negatione sunt posite. Quod si auferenda est, per assumptionem propositionis consequens pars, quoniam negatio est. Non esse numeratam pecuniam argentum dicendum est, argentum esse pecuniam numeratam. Quod si in conclusione auferenda est pars precedens, eaque negatio est, id est, Non esse legatum mulieri pecuniam numeratam, dicendum est. Legata igitur mulieri numerata pecunia est. Et secundus quidem modus consequentibus factus huiusmodi est. Illud tanquam diligentius annotandum, quod superius Tullius, cum locorum omnium breuiter exempla distinxeret, loci huius qui a consequentibus dicitur inconueniens secundo conditionalium syllogismorum modo subiecit exemplum: potiusque primo conuenit modo, qui non a consequentibus conclusionem, sed ab antecedentibus facit. Ita quippe propositum a consequentibus: Si mulier, cum fuisse nupta cum eo, cum quo connubium concessum non esset, nuntium remisit: quoniam qui nati sunt, patrem non sequuntur, pro liberis manere nihil oportet. Hic igitur, cum queratur, an dotis pars apud virum debet permanere id quod praecebat assumitur, ut fiat ratio conclusio, hoc modo: Sed mulier cum eo nupta est, quicum connubium non fuit: cōcluditur: Quoniam igitur qui nati sunt, patrem non sequuntur, pro liberis manere nihil oportet. Et ita non est a consequentibus argumentum: quia non id quod conseq[ue]batur assumptionem est, sed id quod praecebat. erat quippe antecedens,

Nuptia mulier præter connubij ius sequebatur: Cùm filijs patrē non sequebatur, pro eis nihil ex dote retinere. Sic igitur Tullius pro eo quod est à consequentibus argumentum, ab antecedentibus potius dedit exemplū. Potest uero fieri à consequentibus argumentum ita, si id de quo queritur, prius ponatur, & id quod assumendum est, posterius, hoc modo: Si quid ex dote pro liberis manere oportebit, quia patrem liberi sequuntur: cum eo nuptia est mulier, quicum connubij ius erat. Suno igitur quod consequitur per negationem ita: Sed nō est nuptia mulier cum eo, quicum connubij ius erat: atq; idea qui nati sunt, patrem non sequuntur. Perimitur ergo in conclusione id, quod in propositione præcesserat, ita: Pro liberis igitur manere nihil oportet. Sed de secundo modo ista sufficiunt: nihil namque, ut arbitror, pretermissum est. Tertiū modū à repugnantibus longe perspicuus, hoc modo: Non si legatum argentinum est, non efflegata mulieri pecunia numerata. Hic namq; consequens erat, si argentinum esset omne legatum, pecuniam quoq; numeratam fuisse legatum. Vt igitur fieri repugnans: huic consequentia interposita negatio est, dissumq;: Si argentinum omne legatum esset, numeratam pecuniam non esse legatum. Quod quia pugnat & falso est, ad ueritatem alia negatione reductur, sic: Non si legatum argentinum est, non est legata numerata pecunia tñ scilicet ei affirmationi cōueniat que dicit: Si legatum argentinum est, legatum esse pecuniam numeratam. Assumimus igitur huic propositioni, Argentinum omne esse legatum: & cōsequitur: Omnis numeratā pecuniam mulieri esse legatam: ut sit forma argumentationis huiusmodi: Nō si legatum argentinum est, non est legata numerata pecunia. M. uero T. propositionem ita formauit: Non & legatum argentinum est, & non est legata numerata pecunia: sed nos idcirco causalem coniunctionem apposuimus eam, quæ est s 1, ut ex quo esset generē illis propositione, monstraremus. Namq; ex connexo, negatione addita sit repugnans. Connexum uero, nulla æquē, ut s 1 coniunctione,

Etio,

gio, posset ostendere: quanquam idem efficiat copulativa cōiunctio. Nam que connexa sunt, etiam cōiuncta esse intelliguntur ex hoc, quod paulò ante diximus. Quod argumentum ex ea propositione profectum est, que duabus affirmationibus copulabatur, & iuncta negatione in super denegata est. In omnibus igitur illud est approbatum, pecuniam numeratam mulieri debet recipi, cum sit argentinum omne legatum. Sed nunc quidem ex supra descriptis propositionibus, id quod antecedebat, assumpsum: nunc uero, id quod consequebatur: nunc autem id quod repugnabat. Ac de explanandis Ciceronis exemplis, ut arbitror, fas: illud autem dubitationem mouere potest. Nam si quis minus callidus ad Ciceroni exempla respiciat, eundem locum arbitrabitur esse à genere, quem ab antecedentibus, & consequentibus, & repugnantibus esse diximus, illo falso errore, quod in utrisq; locis codem uitetur exemplo, Argenti uel dicet, & numerata pecunia. Sed diligenter intuenti, in eiuscē rebus diuersis argumentatione uidetur tractatus esse. Aliud quippe est dicere, Cūm argenti species sit numerata pecunia, si genus legatum sit, & speciem esse legatum: quoniam nunquam species à genere separatur: aliud est, in conditione enuntiationem proponere, & eiusdem partibus assumendis argumentationem usaria ratione formare: ut superius demonstratum est: cūm præsertim huiusmodi ex consequentibus, antecedentibus, & repugnantibus argumentationes etiam præter genera ac species fieri possint: uelut nos superius indicauimus de luce. Nā neq; Dic lucis, neq; Lux Dicī species, aut genus est. Sed id tantum in his cōsiderari debet: quia posito altero, alterum necessaria ratione subsequitur. Differunt igitur loci à genere uel à specie, ab eo loco qui in conditione est constitutus: quoniam illi ex uniuersalitatib; ac partis ratione ducuntur: hic autem in consequentie ac repugnantie ordine tractatur. Post huc igitur Tullius hypotheticorū syllogismorum modos conclusionesq; dinumerat, hoc modo:

IOAN. VISORIUS.

Cum tripertito igitur hic distribuatur locus, in consecutionem, antecedentem, & repugnantiam. Vnus est hic loco intentionis, sed tractatione triplex. Inventione dicitur unus, quia sive ab antecedentibus, sive a consequentibus, sive a repugnantibus argumenteris, idem efficiet, idem probas, idem colliget, eademque est in his omnibus conclusio. Neque sicut vult Boetus, propterea vocatur unus, quod eiusdem mentis est atque intelligentia, tam consonantia sibi met, quam dissensio praividere. Quam Boetij interpretationem ridiculam esse, & a Ciceronis sententia longe abborrentem deprehendet, qui Ciceronis exemplum legerit, & intellexerit. Tractatione uero triplex dicitur, quia dispositio, & elocutio propositionum in his triplices est, ut si ab antecedentibus argumentari uelis accipiendo est prounitatum connexum propositionis loco. Deinde in assumptione, pars prior affirmati connexi affirmanda est, ut posterior in conclusione propter exempli gratia: Si omne argentum mulierile datum est, signata pecunia legata est, atqui omne argentum legatum est, igitur pecunia signata legata est. Quando autem a consequentibus aliquid probas, prounitatum connexum per contrapositionem converendum est: quod si ita dispositum sit, propositionis loco dicetur. Deinde in assumptione corradicens partis posterioris accipiendo est, ut prioris partis oppositum sequatur. ut si pecunia signata non est legata, non omne argentum est legatum: atqui omne argentum legatum est: igitur signata pecunia legata est. Denique, a repugnantibus argumentaberis, si huic prounitato duplum negationem addideris: quod est, si omne argentum legatum est, signata pecunia legata est, ad negationem unam posteriori parti, et sic: Si omne argentum legatum est, pecunia signata legata non est: quod certe repugnat: quare alteram quoque negationem toti prounitato preponere, ut uestrum prounitatum habeas, hoc modo: Non, si omne argentum lega-

lega

legatum est, pecunia signata legata non est, et si hec argumentationis dispositio. Deltide in assumptione partem priorē huius propositionis affirma, ut posterioris partis contradicens concludatur, hoc modo: Non, si omne argentum legatum est, pecunia signata legata non est: atqui omne argentum legatum est, igitur signata pecunia legata est. Vides in tripli argumentatione eandem esse conclusionem, qua est hec. Si signata pecunia legata est, Quapropter hic locus a Cicerone vocatur unus: sed quia uaria est dispositio propositionum, ideo triplex tractatione dicitur. Quid sit autem legatum, iam dictum est, nempe quod testamento reliquit est, insuper pecunia numerata dicitur que parata et in promptu est, unde in numerato habere dicitur, pro eo quod est in promptu et in manu. Porro signata pecunia est percussa et formata: propterea quod vocatur pecunia, quod nota pecunia signata sit. Signata autem pecunia, cōtrarium est, et gravis, id est, ruda et informe. Hic fuit ordo rei nummariae, apud Romanos, ut primi Romani are gravi, id est, rudi et informi usi sint. Postea are signato, quod fuit sub sexto demum rege, id est, sub Seruio qui primus et signauit. Deinde argito signato anno urbis quingentesimo octogesimo quinto, Quinto Fabio consule, quinq; annis ante primum Punicū bellum. Paruo uero tempore post regem Pyrrhum deuictum, sic habet Plinius lib. xxxiiii. Budaeus tamen lib. v. de Ase in numeris annorum apud Pliniū mendā esse ait, quā sic castigat, ut anno cccclxxviii. legendum sit pro dccccv. Verū hęc fortasse plura, quam pars est, esse iudebuntur: quare ad Ciceronē reuerterimur. Ex superioribus exemplis apparet, hunc locum antecedentium, consequentium, et repugnantium esse argumenti unius, argumentationis uero tripli. Nam cum argumentum sententia sit, et materia, et uis, et robur argumentationis, argumentatio uero forma, neconu elocutio argumenti per propositiones; in illis exemplis idem sensus, materia eadē est, et idem effectus: at dispositio

z 3

C explicatio uaria est. Quod autem uis eadem sit, ostenditur. Trium enim formarum argumentationis haec est materia & sensus: cui omne argentum legatum est, eidem signata pecunia legata est: uerum haec una materia triplicem formam accipit: ita tamen, ut idem semper efficiatur, & sit eadem formarum omnium conclusio. Quapropter apertum, est Rodolphū Agricolam non recte dixisse, qui antecedentia, consequentia, & repugnantia, si eut à Cicero sunt exposita, non esse inventionis, sed iudicij tantum dixit: cum utriusque, & inventionis, & iudicij Cicero faciat; inventionis quidem: nam Cicero locum hunc reperiendi argumenti simplicem tradidit: iudicij uero, quia tractatione triplicem esse uoluit: cum unius & eiusdem sententiae triplicem dispositionem & tres firmas faciat.

## BARTH. LATOMVS.

Reperiendi argumenti locus simplex est. Simplex, id est, eiusdem naturae: que constat ex conditione, & certa lege existenti, que hypothetico pronuntiato comprehenditur. Tractandi autem ratio triplex est, id est, concludendi forma. In quo sane Cicero ipse fateri uidetur, hunc locum ad formam magis, quam ad argumentandi materiam pertinere. Quod cū in ita sit, non commodissime locos distinxisse uidetur: cū admisceat hypotheticas propositiones, quas pro locis ponit. Sed mibi hanc rationem cum ceteris, qui ista eodem modo traslderunt, secutus esse uidetur, quod, quemadmodum in categoricis argumentationibus res pura, ac simplex locum argumento præbet, quae simplici pronuntiatio comprehenditur: ita in hypotheticis haec eadā, non nisi per conditionem sumpta, argumentum suppeditat: cū alter in pronuntiatio hypothetico sumi non possit. Non & legatum argentum est. ) Ponit copulatiuum loco rationalis, quoniam eandem vim obtinet sumpta ex repugnantibus. Nihil enim interest, siue ita proponas, Non & legatum argentum est: & non est legata numerata pecunia: legatum autem argentum est:

est: legata igitur numerata pecunia est. Siue hoc modo, Non, si legatum argentum est, non est legata numerata pecunia: legatum autem argentum est, ergo legata numerata pecunia est. Sed nide, num repugnat, Legatum argentum esse, & non esse legatum numerata pecunia, nisi converteris ordinem, uel pro argento omne argentum sumperis, cum positis argentum legatum esse, ut non sit numerata pecunia legata, contra uero minime: quia omne argentum ad signatum, & non signatum pertinet, que forme argenti sunt. Forma ante posita inferitur genus: at contra ex genere forma non sequitur, nisi uniuersum genus sumatur.

Cum tripartito.) Hoc totum nihil aliud est, quam quod dialectici tradunt de hypotheticis propositionibus. Conditionalibus propositionibus sic utimur in colligendo. Ex antecedente recte colligimus consequentes affirmativa: ut, si homo currit, animal currit: sed homo currit, ergo etiam animal currit. Sic Paulus, Si gentes seruant legem, gentes erunt pro circuncisis: sed gentes seruant legem, ergo gentes erunt pro circuncisis. Si haec parva & moritura corpora mentis aliqua reguntur, ergo etiam aeterna corpora mente aliqua reguntur: Sed constat humana corpora mente regi: Ergo hic mundus etiam mente, id est diuinitus regitur. Sic Cicero colligit pro Milone. Ex consequente colligimus antecedens negatiue. Si Iudei ex deo essent, uerba dei audiarentur: sed non audiuntur, ergo ex deo non sunt. In disjunctius ita colligimus, cum unam partem adueniri, alteram tribuere necesse est: ut mundus aut regitur aliqua mente, aut nullo ordine certo res sint: Sed certo ordine res sunt, ergo mundus aliquam mente regitur. In copulatiuum ex tota alterutram partem colligimus: ut, Deus exigit timorem & fidem, ergo Deus timorem exigit. Magistratus debet ex punire fontes, & bonos honore afficere: ergo non satis est magistratus punire fontes. Illa entymemata ualde firmasunt, que constata sunt ex contrarijs: ut, Cum sis expertus

qua incommoda sequuntur ebrietatem, ergo debes stendere sobri etiam, & illam amplecti. Cum nihil sit perniciosius humano generi, bello: nihil debet esse gratius pace. Item, Lex iram operatur, ergo non iustitiam.

CHRIST. HEGEND *damnatu*

Pecunia innumerata.) Argumentum ab antecedentibus est, cum in propositione conditionali sumitur id quod est antecedens, & ab eo contextitur argumentatio, hoc modo: Si Cicero homo est, animal est. homo est antecedens. ab hoc sumitur argumentum: atquihomo est, igitur animal est. Exemplum Ciceronis: Si pecunia signata argutum est, legata est mulieri. pecunia signata antecedens est: inde argumentum sumitur, sed pecunia signata argentum est, igitur legata est mulieri. A consequentiā hypothetica id quod consequens est, sumitur in argumentatione: ut, si sentit, animal est, animal est consequens. inae sic colligitur, sed non est animal, igitur non sentit. Exemplū Ciceronis: Si numerata pecunia non est legata, non est numerata pecunia argentum. non numerata pecunia, consequens. unde ita colligitur: est vero numerata pecunia argentum, legata est igitur.

A repugnantibus.) A repugnantibus sic colligitur: Non si homo est Cicero, animal non est: repugnat enim, hominem esse, & animal non esse. atquihomo est Cicero, animal igitur est. Exemplū Ciceronis: Non est legatum argentum est, & non est legata numerata pecunia: repugnat enim legatum esse argentum, & non legatum pecuniam numeratam. atquilegatum est argentum, legata est igitur pecunia numerata.

## C I C E R O .

Appellant autem Dialeticī eam conclusionē argumenti, in qua, cùm primum sumpseris, consequitur id, quod annexum est, primum conclusionis modum. Cùm id, quod annexum est, negari

garis, ut id quoq; , cui fuerit annexum, negandum sit, secundus appellatur concludendi modulus. Cùm autem aliqua cōiuncta negaris, & his alia negatio rursus adiungitur, & ex his primum sumpseris, ut quod relinquitur tollendum sit, is tertius appellatur conclusionis modus. Ex hoc illa Rhetorū sunt ex contrarijs cōclusa, quæ ipsi Enthymemata appellant: non quod non omnis sententia proprio nomine Enthymema dicatur, sed ut Homerus propter excellentiam communis poētarum nomen efficit apud Græcos suum, sic cùm omnis sententia Enthymema dicat, quia uidetur ea, quæ ex contrarijs conficiatur, acutissima, sola propriè nomen commune possidet: eius generis hæc sunt. Hunc metuere, alterum in me tu nō ponere: Eam quam nihil accusas, damnasq; Bene quam meritam esse autimas, dicas male mereris. Id quod scis, prodest, nihil id, quod ne scis, obest: Hoc differendi genus attingit omnino uestras quoq; in respondendo disputationes, sed Philosophorū magis, quibus est cum Oratoribus illa ex repugnantibus sententijs communis conclusio, quæ à Dialeticis tertius modulus, à Rhetoribus Enthymema nuncupatur. Reliqui Dialeticorum modi plures sunt, qui ex disiunctionibus constant. Aut hoc, aut illud: hoc autem, non igitur illud. Itemq; , Aut hoc, aut illud: non autem hoc, illud igitur. Quæ conclusiones idcirco ratæ sunt, quod in disiunctione plus uno

uerum esse non potest. Atque ex his conclusionibus, quas supra scripsi, prior quartus, posterior quintus à dialecticis modus appellatur. Deinde addunt coniunctionum negantiam, sic: Non & hoc est, & illud: hoc autem, non igitur illud. Hic modus est sextus. Septimus eudem: Non & hoc & illud; non autem hoc, illud igitur. Ex his modis conclusiones innumerabiles nascuntur, in quo est ferè tota Dialetica. Sed ne ea quidem quas exposui, ad hanc institutionem necessariae.

SEVER. BOETIVS.

ET SI multipliciter superius cuncta digestissimus, nec expositionis indiget repetita toties disputatio: erit tamen opere pretium, si quam brevissime potero, M. Tullij iuribus medicis lucē comminationis interfaram. Septem igitur modos hypotheticos enumerans, ait: Cum in connexis propositionibus id quod est prium assumitur, ut ostendatur secundum, primum à Dialecticis modum uocari, hoc modo, Si hoc est, illud est: quod dicit Hoc, prium est, quod uero dicit illud, secundum. Assumitur ergo quod prium est. Atqui hoc est: concluditur quod secundum est, illud igitur est, uelut in his rursus exemplis, Si homo est, animal igitur est: assumitur, Atqui homo est: concluditur, Animal igitur est. Secundum uero modum ait esse Tullius connexis propositionibus textum: in quo, cum secundum negatur, sequitur ut id etiam, quod prium est, abnegetur, hoc modo: Si hoc est, illud est. Illud autem non est: igitur ne hoc quidem est. In exemplis ita, Si homo est, animal est: animal autem non est, homo igitur non est. Tullius ita dixit: Cum id, quod annexum est, negaris, ut id quod, cui fuerit annexum, negandum sit, secundum esse modum: quasi connexa propositione affirmatiūs partibus iuncta. Vniuersaliter autem rectius dicetur, cum id quod annexum est, id est secundum

erit, perimitur: perimi illud quoq; cui annexum est, id est, primum: ut si affirmatiūm est idquod annexum est, negatione perimitur: si uero negatiūm, affirmatione, Et de eo quoq; cui annexum est, id est primo, idem est, ut si in connexa propositione affirmetur, in conclusione denegetur, secundum nunc propositum Ciceronis exemplum. Si uero negatiūm sit propositionis prior pars: in conclusione contraria affirmatione tollatur. Tertium uero modum ait esse Cicero, cum ea, qua coniuncta sunt, de negantur, & his dia negatio rursus adiungitur ut, quia animal homini coniunctum est, in dicamus: Non et homo, et non animal est, atq; ex his unum ponitur, ut quod relinquatur, auferatur, hoc modo: Ponamus esse hominem, dicentes: Atqui homo est. Quod ergo relinquitur, Non est animal, auferitur, atq; concluditur, Animal igitur est. Fit enim argumentatio hoc modo, Non est homo est, & non est animal: atqui homo est: animal igitur est. Ex his nasci dicit enthymemata ex contrarijs conclusi: quibus plurimè Rhetores uti: atq; haec Enthymemata nuncupantur, non quod eodem nomine omnis inuentio nuncupari non posset, (Enthymema nanc; est mentis cōceptio: quod potest omnibus inuentionibus conuenire) Sed quia haec inuentio, que breuiter ex contrarijs colliguntur, maxime acuta sunt, propter excellentiam spē eiusq; inuentio, communem Enthymematis nomen, proprium factum est: ut haec à Rhetoribus quasi proprio nomine Enthymemata uocentur. Sicut Græcus quoq; Poëta Homerus, Poëta tantum diciunt: et quisquis ex Homero aliiquid proscript, ita dicere co-suevit: Hunc uerum poëta locutus est: et tunc non aliud intelligi tur, præter Homerum: non quod ceteri non sint poëtae: sed quod excellenter eius commune nomen uertit in proprium. Fiant uero haec enthymemata hoc modo, ex contrarijs uidelicet texta, Hunc metuere, alterum in metu non ponere, uelut si de Lentulo & Cethego, ceterisq; diceretur, Paucos ciues interfici metu: ne res publica intereat, nihil laboras. Connexū quippe est, ut quicunq; noluit

nihil interire paucos ciues, Rempub. multò magis nolit extingui. Quibus cum interponitur negatio, sit ex repugnantibus argumentum. Sed hoc breuiter Tullius emuntiuit: nos uero argumentum in syllogismum redigamus à repugnantibus scilicet, ex quo enthymemata nasci solent, hoc modo: Sit connexum. Si quis metuit ciues paucos interfici, is metuit interire Rempub. His interponitur negatio, sic: Si quis metuit ciues paucos interfici, is non metuit interire Rempub. Iungitur alia negatio sic, Non, si quis metuit paucos ciues interfici; non metuit interire Rempub. Quæ dñe negationes uni affirmatio pars sunt, quæ dicit: si quis metuit hoc, metuit et illud. Cuius quidem assumptio est: At metuit hoc; Conclusio sequitur; Metuit igitur illud; quæ tantum ualeat, si negando interrogetur, ita. Hoc metuis, illud non metuiss. Sed quid non totus, ut supra posuimus, in his argumentationibus ponitur syllogismus, sed propositio, cuius assumptio, et conclusio nota sunt: idcirco Enthymema dicitur, quasi brevis animi conceptio. Et in ceteris exemplis idem modus est. Sed hec quidem Ciceronis similitudo non tam ex repugnantibus, quam ex contrarijs, argumentum intelligitur continere. Metuere quippe et non metuere, contraria sunt: nisi hæc ipsa uerborum prolatio à contrarijs argumentum ad repugnantia retrahat. Nam quod dicit, Hunc metuere, alterum in metu non ponere, tale est, ut repugnantia uideantur. Etenim metuere et non metuere, uerè contraria sunt. In metu autem non ponere, et metuere, prolatione ipsa tam contraria, quam repugnantia intelliguntur: licet eadem probetur esse sententia. His adiecit dia rursus exempla: Eam quam nihil accusas, damnas. Huius Enthymemata talis est integer syllogismus: Non, si nihil accusas, damnas, sed nihil accusas: non damnas igitur. Venit ergo hoc argumentum ex ea propositione connexa, que ex duabus componitur negatiujs, ita: Si nihil accusas, non damnas. Posteriori uero parti detracta negatio est: et insuper tota est propositio denegata, hoc modo: Non, si nihil

nihil accusas, damnas: et ex ea factum est argumentum, quod positum in interrogatione efficit enthymema hoc, Quam nihil accusas, damnas: Bene quam meritam esse autumnas, dicas male mereri. Huius quoq; enthymematis talis est collectio, Non et bene meritam esse autumnas: et male mereri. Atqui bene meritam esse autumnas: non male igitur mereri. Quod enthymema ex propositione connexa proficitur, quæ constat ex affirmatione et negatione, ita: Si bene meritam esse autumnas, non male mereri. Cuius ex posteriori parte dempta negatione, totaq; propositione denegata, sit propositio, Non, si bene meritam esse autumnas, male mereri. Quod in interrogatione deductum, facit enthymema, Bene quā meritam esse autumnas, dicas male mereri: Item, id quod scis prodest: nihil id quod nec sis obest: Hoc quoq; enthymema tali ne dicitur syllogismo: Nō, si quod scis prodest, et id quod nec sis non obest: atqui id quod scis prodest, obest si igitur id, quod nec sis. Hoc argumentum ex ea propositione compositum est, que duabus affirmationibus iuncta accepit medianum negationem, et insuper denegata est. Quod interrogatur sit enthymema, hoc modo: Idem quod scis prodest: nihil id quod nec sis obest: Omnia uero positiorum superius exemplorum ista sententia est: Nam quam quicquam nihil accusat, eam damnare recte non potest. Et eam quam bene meritam esse autumnas, male dicere mereriturce est. Et si id, quod scit quisq;, in causa proderit: obterit, si est contrarium, id quod nec sis. Hunc uero locum communē esse Oratoribus, ac Philosophis dicit: Sed apud illos Tertium Modum, apud Rhetores Enthymema nūcupari. Reliqui, inquit, modi plures sunt. nā cū tres superius enumerasset modos, adiungens quartuor, plures dixit. Hi sunt in disunctionibus constituti, hoc modo: Aut hoc, aut illud: hoc autem non igitur illud. Qui est quartus modus à nobis quoq; supra positus, ita: Aut dies est, aut nox est: dies autem est: non igitur nox est. Et semper, quod dicit Cicero, hoc, ad praecedens spectat, quod uero ait in LVD, ad consequens, sive in conne-

xis propositionibus, sive disiunctis. Item. Aut hoc, aut illud: non autem hoc illud igitur. Hic quoque quintus modus est, velut in his exemplis. Aut dies, aut nox est: non autem dies: nox igitur est. Quartum conclusionum necessitatem ex eo dicit euenire, quia que in disiunctione sunt posita, medium non uidentur admittere, ut si aliud preter eorum alterum positi, atque ideo uno sublato, alterum esse: unoque posito alterum non esse concluditur. Quod si item medium quod preter alterutrum esse positi, nec uera est propositio, nec rata conclusio, uelut in his. Aut album est, aut nigrum: id fallum est: et enim prater a rubrum potest. Sed si ponamus esse album, uel auferamus: non necesse erit non esse uel esse nigrum: quia rubrum esse, quod est medium, potest. Deinde, inquit Tullius, addunt coniunctionum negantiam, in disiunctis scilicet propositionibus, hoc modo: Non et hoc, et illud: hoc autem non igitur illud. Id est, non et nox, et dies est: nox autem est: non igitur dies est. Hic igitur sextus modus esse predictus est. Septimus autem est ex eadem ueniens propositionis, hoc modo: Non et hoc et illud: non autem hoc: illud igitur. Vel si dicamus, Non et nox et dies est: non autem nox est: dies igitur est. Quae propositiones, nisi in disiunctis, mediocaritate, carentibus, ratam conclusionem habere non poterunt. Age enim ita dicamus. Non et album est et nigrum. Ponamusque non esse album: non cosequitur, ut sit nigrum: potest enim esse, quod medium est. Huiusmodi igitur per negationem coniunctionum, ut Tullius ait, propositionis, si rata factura est conclusiones, in disiunctis rebus, mediocaritate, carentibus accommodatur: alias non erit rata conclusio. Dicit uero proposicio tertij modi à propositione sexti et septimi: quod tertij modi proposicio ex coniunctione nascitur: haec sexti et septimi, ex disiunctis terminis existit: ut in superioribus patet exemplis. Ex his igitur, inquit, modis conclusiones innumerabiles nascuntur: unus enim quilibet horum modorum infinitis conclusionibus aptari potest: ueluti primus et secundus in omnibus, que sibi connecta sunt: quorum nullus est

nummerus, si quis prosequi uellet. Itemque repugnatium infinita est multitudine: in quibus tertius modus est utilis. Item plura disiuncta sunt, in quibus quartus, et quintus, et sextus, et septimus plurimum ualent. Atque in his, inquit, omnis ferre est Dialectica; sed ad Topicos locos tres primi modi sunt necessarij, qui antecessione, consecutione, et repugnantiam tenent. Reliqui uero com plenda disputationis magis gratia, quam quod ad hanc institutionem necessarij fuerint, uidentur adiecti.

## IOAN. VISORIUS.

Appellant autem, &c.) Hoc in loco de sylllogismis, quos Hypotheticos, id est, conditionales appellant, agitur: quorum septem sunt forme: tres prime pronuntiatis connexis sunt: quarta et quinta, disiunctis: sexta uero et septima, copulatis. Quare de connexis, disiunctis, et copulatis colloquij prius est dicendum, quam de sylllogismis. Est autem connexum pronuntiatum, quod pluribus simplicibus prologijs coniunctione, si, deinde est coale scit: cuius ea natura est, ut significet partem priorem, sive posteriorem ueram esse non posse, id est, posteriorem ex priore necessario sequi. ut si Licurgus est Lacedemonius, Licurgus est Peloponnesius. Eiusmodi pronuntiatum Graeci omnime uera dicunt. Copulatum dicitur, in quo plura simplicia prologia coniunctione. Et colligantur: eiusque natura est, ut si unum est mendacium, etiam si cetera uera sunt, totum esse mendacium dicatur. ut Annibal Scipionem ad Ticinum fidit, et sauciauit: idem Sempronium ad Trebiam superauit, et ad Trasimenum Flaminium occidit, et ad Cannas Paulum interfecit, Varronemque fugauit. Hoc prologo uerum est, quia partes omnes uera sunt: quod si ei partem aliquam falsam addideris, totum pronuntiatum falso reddes. ut si superioribus adieceris: Et idem in Campania: Quintum Fabium Maximum cunctando fregit: falsum dices. Non enim Annibal Fabium, sed Fabius Annibalem cunctando ui-

cit: unde & Cunctator dictus est: de quo sic Ennius:  
Vnus homo nobis cunctando restituit rem.

Non ponebat enim rumores ante salutem.

*Superius proloquium quod nos Copulatum vocabamus, Graci  
vocantur, uero appellant. Disjunctum deniq; pronuntiatum est,  
quod pluribus constat simplicibus, coniunctione Aut, inter se  
distinctis: ut Aut malum est uoluptas, aut bonum, aut neq; bonum  
neq; malum est. Omnia autem que disiunguntur, pugnantia in-  
ter se esse oportet, eorumque opposita sunt. Graci dicunt:  
ea quoq; oportet inter se aduersa esse. Eiusmodi disjuncti pro-  
loquii Graci dicit: Ad uocat. Ex omnibus que disiun-  
guntur unum esse uerum debet, cetera falsa. Quod si aut nihil omnium  
uerum, aut omnia, pluram uero, quam unum, uera erunt, aut que disiun-  
cta sunt non pugnabunt, aut que opposita eorum sunt, con-  
traria inter se non erunt: tunc id disjunctum mendacium est:  
& appellatur *paradoxa*, ut uero, sicuti hoc est in quo que oppo-  
sta non sunt contraria. Aut curris, aut ambulas, aut stas. Nam ipsa  
quidem inter se aduersa sunt, sed opposita eorum non repu-  
gnant. Non obambulare enim, & non stare, & non currere, con-  
traria inter se non sunt: quoniam contraria ea dicuntur, que si-  
mul uera esse nequeunt. Posit enim simile, eodemque tempore, neq;  
ambulare, neq; stare, neq; currere. Haec Gellius cap. 8. lib. xvi.  
Ad Ciceronem retentur. Prima forma syllogismi conditionalis  
est: si pronuntiati connecti partem priorem assumas, ut posterio-  
rem concludas. ut Si Cicero est Orator, est Philosophus: atque est  
Orator, igitur Philosophus. Hic modus est ab antecedentibus di-  
ctus, quod ex parte antecedente, id est, priore connecti Proloqui,  
pars consequens, id est posterior colligatur. Forma secunda est:  
si pars posterioris contradicens in assumptione ponatur, ex quo  
prioris oppositu conficiatur. ut Si Cicero est Orator, est uir bo-  
nus: non est autem uir bonus: neq; igitur Orator. Hic modus à con-  
sequentiis est appellatus, quia ex contradicente partiis conse-  
quent*

quentis, id est, posterioris, confessum est partiis antecedentibus con-  
tradicens. Tertia forma est, si duplum negationem Pronuntia-  
to connecto addideris, quarum una toti Proloquo preficatur,  
altera posteriori parti preponatur: tum in assumptione parte  
priori affirmes, ut in conclusione posteriori perimus, hoc mo-  
do: Non, si Cicero Orator est, non est uir bonus: atque est Orator:  
bonus uir igitur. Hic modus à repugnatibus uocatur: repugnat  
enim, ut Cicero sit Orator, & non sit uir bonus. Sub quo genero  
Enthymemata contineantur, non quidem omnia, sed que ex contrariis  
uel repugnatibus coclusa sunt, que per excellentiam dicin-  
tur Enthymemata, non quod sola, sed quod omnium acutissima sint.  
Nam Enthymemata triplice intellectum habet, ut ait Quintilia-  
nus: Vnde, quo omnia mente conceperis significamus: Alterum, quo sen-  
tentiam cum ratione: Tertium, quo certa argumenti conclusio-  
ne uel ex consequentiis, uel ex repugnantibus. Ex consequentiis,  
quod habet propositionem connectam p̄ rei protinus probatio-  
nem. Cuius forma quadruplex est: aut enim propositio praeedit  
& ratio sequitur, ut Sileat leges inter arma, nec se expectari iub-  
ent, cum ei, qui expectare uelit, ante iniusta pauci launda, sit  
quam iusta repetenda: aut contra, ratione propositio sequitur, ut,  
Quod si duodecim tabula nocturnū furem quoquo modo, diur-  
num autē, si se telo defenditer, interfici impune uoluerint: quis  
est, qui quoquo modo quis interfactus sit, puniendū potest? Aut  
propositio rationi postposita sequitur alia ratio, ut si proximo  
exempli hanc quoq; ratione addas: Cum uiderit aliquando  
gladium nobis ad occidendum hominem ab ipsis porrigi legibus,  
Aut denique ex propositione & ratione fit aliqua complexio.  
Vi in insidiaria uero & latroni que potest affiori iniusta nexus  
propositio est. Deinde, Quid comitatus nostri? quid gladij uol-  
untariatio est unde fit illa complexio que sequitur: Quos habere  
certe non licet, si illus uti nullo pato licet. Hactenus de En-  
thymemate à consequentiis: nunc paucā de eo, quod à repu-

Gnanticibus est dicamus. Eius apud Ciceronem pro Milone exemplum est: Eius mortis sedetis ultores, cuius uitam si putetis per nos restitui posse, nolitis. Deinde pro eodem latius. Quem igitur cum omnium gratia non loquitur, hunc uoluit cum aliquorū querela: quem iure, quem loco, quem tempore, quem impune non est auius, hunc iniuria, iniquo loco, alieno tēpore, cum periculo capiūs non dubitauit occidere. Deinde pro Ligario: Quorum igitur impunitas Caesar tuā clementia laus est, corum ipsorum te ad crudelitatem acut oratio? De hoc genere Enthymematis, qd est à repugnantibus Cicero uerba facit, quod Oratori cū Dialectico comune esse dicit: unde fit ut locus, qui est ab antecedentibus, cōsequētibus, et repugnantibus, non modo Dialecticoruī sit, sed et Oratorū et Iurisconsultorum: id quod Cicero planè docet, cum dicit, ut iam admoniuimus: Hoc differendi genus attingit omnino uestris quoque in refondendo disputationes, id est Iurisconsultorum, sed Philosphorum magis, quibus est cum Oratoribus illis ex repugnantibus sententijs communis conclusio, que à Dialecticis Tertius Modus, à Rhetoribus Enthymema nūcupatur. Et hæc de tribus primis syllogismorū conditionalium formis, qua pronuntiatis connexis constant, dixi: et sufficiat. Ad quartum et quintum modos ueniamus, qui ex disuictis proloquijs sunt. Eorum quartus est, si proloquijs disuicti partem priorem assumas, ut in conclusione posteriori eueritas, hoc modo: Aut dies est, aut nox est; atqui dies est: non igitur nox. Quintus modus est, si pars prior disuicti negetur in assumptione, ut in conclusione posteriori affirmetur, ita: Vel dies est, uel nox: non autem dies: igitur nox. Sextus et septimus modus ex proloquijs copulati componitur, et Sextus est, si toti copulato negationem praeficeris, deinde copulati membrum prius dissumperis, ut posterius in conclusione periras, hoc modo: Non et dies est, et nox: est autem dies: non igitur nox. Septimus uero modus est, si negati copulati pars prior in assumptione periras, ut posterior in conclusione probetur:

hoc modo: Non et dies est et nox: atqui dies non est: igitur est nox. Animaduertendum est autem, hos duos postremos modos, id est sextum et septimum, ex quarto et quinto fieri, communicatione disuictiā in copulatiā mutata, et toti pronuntiatio preposita negatione.

## BARTH. LATOMVS.

Coniuncta negari.) Id est, addita negatione, repugnantiā efficeris, ut Pecunia numerata et Argentum coniuncta sunt: quoniam hoc ex illo sequitur, itaq; annexum est: itaque si alteri negationem addideris, repugnatiā efficiet, hoc modo: Si numerata pecunia legata est, argentum legatum non est. Sin uero his rursus aliam negationem a fronte addideris, non ueram modo, sed et necessariam sententiam conficies: de qua hic loquiar Cicero: ut ea propositis, ac priore eius parte sumpta, reliqua tollatur, hoc modo: Non, si numerata pecunia legata est, argentum legatum non est: atqui legata est numerata pecunia: ergo argenteum legatum est. Verum haec proponendi ratio in coniunctis duntur: at locum habet in his autem, que per se repugnant, duabus negationibus opus non est, sed una sufficit: de quo datur à Dialecticis talis regula: que etiam in coniunctis ualeat: Ut sumpta propositione hypothetica negativa, ex repugnantibus, et priori eius parte posita, consequens tollatur, hoc modo: Non, si dies est, nox non est: atqui dies est: nox igitur non est: quid cum etiā, ut dixi, in coniunctis ualeat, in his altera negatione addita repugnatiā facienda erunt, quemadmodum supra demonstratum est. Et ex his primum sumperis.) Sumere, est id ipsum, quod pro antecedente uel annexo positum fuit, affirmare. Tollere, est contrarium eiusdem sumere, uel inferre, negatione addita uel detracta: quemadmodum in exemplis uidere licet. Ex hoc illa Rhetorum sunt ex contrarijs.) Rhetorica Enthymemata sunt ex hoc tertio modo conclusionum, sed formam

earum non retinent. Non enim concluduntur ad præscriptum rationem, sed breviter ferè, & per interrogationem efferrantur, quod acrius ueniant. Ut Hunc metuere, alterum in metu non ponere: quod sic concluditur, Non, si hunc metuis, alterum in metu non ponis; sed metuus huc: ergo alterum in metu ponis: quod de Catilina, & republica dici potest. Item, Quos plures uicimus, eos nunc pauciores timemus? Quam nihil accusas, dannas: quā bene meritam esse autimas, eam dicas male mereri? Id quod scis prodest, nihil id quod nescis obest: quae eodem modo explicanda sunt: & omnia sunt ex contraria. Commune Poëtriarum nomen efficit suum.) Quod sit per avrovouas legi, qua nomen pro nomine ponitur. Sed Philophororum magis.) Qui de rebus expetendis, & fugiendis differunt, & nos ad uirtutem hortantur. Reliqui Dialecticorum modi.) Quatuor sequentes modi, qui ex copulatiuī & disjunctiuī constant, ad priores tres, qui rationales sunt referuntur. Sunt enim omnes uel ex antecedentibus, uel consequentibus, uel repugnantibus. Itaque tres duntaxat sunt modi, si formam concludendi spectemus: si propositionum diversitatē, genere septem: ut tres rationales, duo disjunctiū, totidem copulatiū: specie autem innumerabiles, cum ista porro in alios modos abire posint, propter enuntiandi uarietatem. Sed ea ad formam argumentandi, & ad iudicandi partem, non ad inuentionem pertinent.

### DAMNABY CHRIST. HEGEND.

Cum autem aliqua.) Tertiū modū concludendi uocat Ciceron, cū ea que coniuncta sunt, denegātur, & his alia negatio rursus adiūgitur: ut quia animal homini coniunctū est, ita dicens, Nō & homo, & nō animal est, atq; ex ijs unū ponitur: ut, atqui homo est: ut quod relinquitur, aufratur: ergo relinquitur, animal non est animal, & ita cōcludit, animal igitur est. Summa summarū, ex repugnantibus ita colligitur; Non & homo, et non

non animal est: atqui homo est, ergo animal est.

Que ipsi enthymemata.) Id est, ratiocinationes constantes, aut ex proloquio maiori & cōclusione: ut, Debet omnes ciuitates legibus cōstituere, ergo Lipsia est legibus sanctiēda. Aut ex minori proloquio & cōclusione: ut, Virtute nemo male uti potest, ergo uirtus est bona. Eius generis hęc sunt.) Hoc est, ex enthymemate sic colligitur: Nō potest fieri ut Lētūlū metuas, et Cethégū nō metuas: atqui Lētūlū metuus, igitur Cethégū non metuere non potes. Quam nihil accusas. Hoc est, Nō recte, si hāc nihil accusas, dannas: atqui hanc nihil accusas, ergo non recte dannas. Bene quā meritā Hoc est, Non & bene meritā cōscitissimā, et male mereri: sed bene meritā cōscitissimā, non male igitur mereri. Id quod scis.) Hoc est, Nō si id quod scis, prodest, id quod nescis, nō obest: at id qd' scis, prodest, obest igitur quod nescis. Obseruabis hic obiter ex exemplis enthymemata a Cicerone hic adducta nasci ex hypothetico proloquio posteriori, in quo prior pars enunciat causam quare posterior uera sit: ut, Si Lentulum metuus, Cethégum metuus: at Lentulum metuus, igitur & Cethégum metuus.

Aut hoc aut illud) Exemplum est: Aut homo, aut bos est: sed homo est, non igitur bos est. Aut hoc aut illud. Exemplū est: Aut nox est, aut dies est: sed nox non est, igitur dies est. Non & hoc est, &c.) Exemplum est, Non & nox & dies est, nox autem est, igitur dies non est. Septimus autem Non & hoc Exemplum est: ut, Non & rationale & irrationalē est: sed non est rationale, igitur irrationalē est.

### CICERO.

Proximus est locus rerum efficientium, quae causae appellantur: deinde rerum effectuarum ab efficientibus causis. Harum exempla, ut reliquo locorū, paulò antē posui, & quidē ex luce Ciuiili; sed hęc patēt latius. Causarum igitur ge-

nera duo sunt. Vnum, quod ui sua id, quod sub ea subiectum est, certe efficit: ut ignis accendit. Alterum, quod naturam efficiendi non habeat, sed sine quo effici non possit: ut si quis æ causam statuæ uelit dicere, quod sine eo non possit effici. Huius generis causarū, sine quo non efficitur, alia sunt quieta, nihil agentia, stolidā quo dammodo, ut locus, tempus, materia, ferramenta, & cætera generis eiusdem. Alia autem præcursionem quandam adhibent ad efficiendum, & quædam afferunt per se adiumenta, eti non necessaria: ut amoris congressio causam attulerit, amor flagitio. Ex hoc genere causarum ex aeternitate pendentium fatum à Stoicis necitur. Atque ut earum causarum, sine quibus effici non potest, genera diuisi, sic etiam efficientium diuidi possunt. Sunt enim alia causæ, quæ planè efficiant nulla re adiuvante; alia, quæ adiuvari uelint: ut sapientia efficit sapientes sola per se; beatos efficiat, nec ne sola per se, quæstio est.

## SEVER. BOETIVS.

POSIT cum locum, qui in conditione est constitutus, consequens erat is, qui considerabatur ex causis: post hunc est enumeratus locus est, qui in effectis causarū positus, argumēta praefebat. Quorum quidem superiorius M. T. exempla posuit: nunc ratione latius tractat. Cum igitur Aristoteles quatuor posuerit causas, quibus unumquodq; conficitur: Primam, quæ mouendī principium est; secundam, ex qua sit aliquid, quam materia uocat; tertiam, rationem ac speciem, qua uniquidq; formatur: quartam, finē propter quem quolibet efficitur. At uero M. T. principalem

## TOPICA.

375

triplem causarum diuisionem facit in ea, que efficiant aliquid, et in ea linea quibus effici nequeat: ut id quod efficit, ad eā causam conseratur in qua motus principium constitutum est: id uero sine quo non sit aliquid: tum ad intellectū materie transferatur, uel eorum, que cōiuncta materia, efficiens adiuuat facultatem: tum ad reliquias causas ducatur, ut paulo posterius apparet. Ius igitur causa que ui sua id, quod sub ea subiectū est, efficit, tale ponit exemplum, ut, Ignis accendit. Nā accensionis ipsius causa ignis est, & id efficer potest: atq; illud quod acceditur, monet, atq; permittat. Eam uero causam, sine qua id quod faciendū est, fieri nequit, ab una eius parte designat ueluti cum dicit, & causam esse statuæ: quod sine eo statuæ non possit existere. Hec enim, ut per faciendā diuisionē clarescat, non ea ipsa est causa sine qua non efficitur, sed pars eius esse monstrabitur. Eam uero causam, sine qua id quod faciendū est, effici non potest, dividit hoc modo: Alia enim eius sunt quieta, nihil agentia, stolidā quo dammodo, ac per se, nisi agendi extrā motus accessit, immobilia. horum exēpli, ut, locus, tempus, materia, instrumentum. Omne enim quod sit, locū necesse est habere subiectum, in quo nisi aliquid sit, locus ipse immobilis est ad aliquid explicandum. Itemq; materia & instrumenta, nisi manu mouentur artificis, ipsa naturaliter nihil egerint. Tempus quoq; operationi subiectum est: quæ si desit, nihil ipsum propriæ naturæ ratione perficerit. Atq; hec quidem sunt, quæ nihil per se agunt: tamen causæ sunt, si his effecti operatio superuenierit. Alia uero, quæ in motu posita præcursionē quandam ad efficiendū, ac præparationem uidentur afficer, ut amoris causa est cōgresio quæ præcessit, & amor flagitij. Ex his, inquit, causis Stoica disputatio futurum connectit. Fatum enim dicunt esse præcedentium causarū, & definitio fa-  
subsequentiumq; rerum perplexionem quandam, atque catene si af Stoici more continetur, in hoc modo: Ideo profectus peregrin, quoniā m̄ tradita parentum iracundiam ferre non poterat: idcirco parentū sue-

A censi

censionem non ferabat, quia amicē amore detinebatur: idcirco  
amabat, quod s̄p̄ fuerat ante congressus: ideo congressus est,  
qua diliqut ut congrederetur praecepit Itaque ordine prae-  
cedentium, consequentiū, rerum Fatum, ut dicit, à Stoicis ne-  
ditur. Item diuidit eam causam, que ui sua efficit aliquid, in  
eām quæ ad efficiendum sibi sufficiat, eām q̄, que extrinsecus  
adminiculationis indigeat. Sufficit igitur sibi ad efficiendum  
causa, ut Sapientia efficere sapientes per se nullo penitus ad-  
iuta solet. Sed h̄c an sola bocatos efficere posit, queritur; an ei  
sint extrinsecus addenda, que iuuent, uel fortuna bona, uel cor-  
poris. Itaq; ea causa, que ui sua efficit aliquid, aut talis est, ut ei  
sint extrinsecus adiumenta querenda, ueluti artifici instru-  
ta quædam, quibus id quod efficiendum est, explicet atque con-  
formet. Horum uero omnium, que Tullius statuit in alterutra  
diuisione causarum, illa quidem quæ ui sua explicant ea, quo-  
rum causa sunt, omnia tan̄ per se ad efficiendum uaditia, quam  
quasi tū extrinsecus iuuaminis indigēt, in ea Aristotelice di-  
uisiōne causa locabuntur, que est, principium motus. Quan-  
quam de sapientia tali causa non conueniat exemplum; sed po-  
tius ad rationem formamq; contendat. Nanque sapientia ratio-  
ne quadam atq; forma efficit sapientes. Eius uero causa, quam  
Tullius refert, sine qua non fit aliquid, materia quidem, tem-  
pus, & locus, id est ex quo fit, uel in quo fit: quæ sunt efficiētis  
subiecta nature: (ut uno intellectu comprehendantur) uel mate-  
ria sunt uel materie uice supposita. Instrumēta uero eius causa  
sunt, que ad finē spectat, sed non ad ipsa, finis: quia nō finis in-  
strumēta respicit; sed h̄c ad finē. Instrumēta nanq; propter aliquē  
finem parantur. Sed merum uideri potest, cur congressiōnem,  
amoris causam, non inter ea numeravit, que habent efficiēti,  
uim, sed inter eas posuerit causas, sine quibus effici non potest:  
cum tamē agat aliiquid atq; moueat. Nā ipsa cōgresiō, aliiquid  
uidentur efficere: similitq; est ei causa, que ipsa quidem habet  
effic

efficiendi uim, sed sine adminiculo non potest: ueluti cum que-  
ritur de sapientia, an sola beatum posit efficere. Sed Merobau-  
des Rhetor ita differuit, eorum causarum, que efficiēti uim ha-  
berent, eam sc̄ facultatem, ut etiam si adiumentis extrinsecus  
indigeant, effectus tamen eorum ad id spectet, quod efficiendum  
est: at in his quæ sunt praecursoria: etiam si eis antecedentibus  
aliquid existit: nō tamen id quod existere intelligitur, prae-  
cursorio principaliter operatur. Sed ista quidem ueluti sub quadam  
occasione prœcurrit: illa uero res, quæ existere dicitur, alijs  
operantibus nascitur: uelut in cōgregatione solitum est fieri. For-  
tasse enim non propter amorem quisque congregatur, sed pre-  
cedente congreſione amor existit, quem non congreſio princi-  
paliter appetebat. Itaque quoniam propter cōgregationem amor  
existere non potuit: recte inter eas causas locata uidetur, sine  
quibus non efficiuntur. Quoniam uero non efficit uisua (quando-  
quidem non principaliter, ut efficiat, spectat: sed tantum ea an-  
tecedente aliiquid existit) recte inter præcursorias, ac non inter  
efficiētes causas est collocata.

## IOAN. VISORIVS.

Proximus est locus rerum efficiēti, quæ causa ap-  
pellantur.) Causares est cuius uī aliquid euenit. Et us genera  
quatuor ante fecimus. Materiā ex qua res fit: Formam per quā  
res est: Efficientem à qua res fit: Finem propter quam res est.  
Illas priores Rodol. nō causas appellat, sed sub partibus cōple-  
titur, nec immixtō. Nam materia, & forma, rei naturalis par-  
tes sunt: ut hominis, corpus, animus. Has uero posteriores solas  
causas facit, efficientem dico & finem, nec iniuria. Nam causa  
est, cuius uirtute aliiquid, ut iam diximus, euenit: ut autē aliiquid  
eueniat, necesse est id esse, quod uim efficiēti habeat, cuius ef-  
ficiēti formari res possit: deinde id, si non aliquo ad agendum  
stimulo mouatur, incras, segneq; manebit, quo fit, ut alicuius rei  
gratia, quod agit, operetur. Id ergo cuius uirtute res fit, effi-  
cens

cienſ est: cuius uero cauſa, finis. Hec autem genera quatuor ad duo capita Cicero redigit, qui dixit: *Causarum duo genera sunt: Vnum quod uia sua id, quod sub ea subiectum est, certe efficit: alterum, quod natura efficiendi non habet, sed sine qua effici non posuit, quam diuifionem idem quoque in Partitionibus Oratoris facit, dicens: Causarum sunt aliae, que ipse conficiuntur; aliae que um aliquam ad conficiendum adferunt. Itaque illae superiores coſcientes uocentur: he reliqua ponentur in eo genere, ut sine ijs effici aliud non posuit. Ergo causarum omnium capita generalia duo sunt, efficiens, & sine qua nihil effici potest: ad que rediguntur, ut diximus, quatuor illa causarum genera, que Philosophi faciunt. Efficiens cauſa dicitur, que suam operam rei facienda prebeat: ut architectus aedificium causa est efficiens. Sub efficiente formā, & finem cum Cicero comprehendimus, id quod et in Partitionibus ipsis testatur, ubi dicit: *Sunt autē aliae causae, que aut propter principiū, aut propter exitum conſcientes uocantur: per exitū finem intelligit, per principiū uero formā.* Est enim forma, scicū Physici definiunt, principiū effectuum motus & quietis. Neque placet, ut per principiū materiam intellegas, scicū Georgius Valla homo minimè malus diuinat. Nam Cicero materiam, non sub efficiens, sed sub ijs, sine quibus nihil efficitur, reponit. Itaque iam constat tres causas in idem genus eadē: Efficientem, formam, & finem. Nam idem, efficiens, & finis esse potest: ut is qui sibi domum aedificat, quatenus edificat. Efficientis est: ut uero sibi habitandum domum efficit, & finis: sic forma efficiens est, tametsi Rodolphus neget. Quod autē forma sit efficiens, ex superiori definitione liquet, que est hæc. Forma est principiū effectuum motus & quietis. Hacenū de dum, sine quibus nō efficitur. Materia sub eo genere reponitur, sine quo nihil effici potest: ut es, statua area materia est, sine qua statua area fieri nequit. Unde colligimus ad hæc dico capi-*

ta, id est, ad efficiētes causas, & sine quibus nō efficitur, omnes causarū modos a Cicerone reuocari. Quare nabi reprehēdētus Agricola uidetur, qui Ciceronem taxat, quod omnia causarū genera ad solas efficiētes causas redegerit, qui tamen non redegit id quod ei sole clarius euaderet, qui Ciceronis diuifionem legerit. Nam cum Cicero causas in distribuisset, ut aliae conſcientes effient, aliae nō conſcientes: sub his, que non conſcient, materia collocauit: reliquas uero ad efficiētes reuocauit: quare non omnes causas efficiētes esse uoluit. Huius generis causarum sine quo non efficitur. (Causas eas que non sunt efficiētes quidē, sed sine quibus nihil efficitur, Cicero distribuit sic, ut carū alie sint quiete, stolidæ quodammodo & nihil agentes: alie quidē sint in motu, & nonnihil agunt. Causæ quietes sunt, & que per se nihil agunt, ut locus, tempus, materia, instrumentum. Nam sine loco, tempore, materia, & instrumento nihil efficitur. Locus tamen, tempus, materia, & instrumentum non efficiunt. Verum Rodolphus instrumenta ad efficiētes causas reuocat, nec certe iniuria. Nam corū que efficiunt, aliae sunt uera, id est præcipua & imperantia: alia uero obsequuntur & ministrant: quorū alia agunt, alia agendi sunt instrumenta, ut in domo facienda architectus imperat: qui quo modo fieri quidq; debet, iubet. Is qui lapidem sculptit, qui parietem extruit, qui edidit, aptatq; materiū, ministrat & obsequitur. Instrumenta sunt securis, terebra, mallei, & que cunque sunt alia quibus artifex opus suum explicat. Illæ autem causæ dicuntur esse in motu, & nonnihil agunt, que tamen si conſcientes non sint, & suum efficiētum directo non proficiunt, quandam tamen præcursionē & præparationem ad efficiendum adhibent, & per se adiumenta quædam, licet non necessaria, prebeat. Hoc modo congressio causa est nonnunquam amoris, & amor aliquando flagitiū: non tamen ita, ut congressio in eum finem facta sit, ut amor inde sequeretur: sed quia contigit, ut qui se prius cum aliquo cōgressus est.

est, cum amari ab eo cum quo congressus est. Ex hoc genere causarum ex exterritate pendentium fatum à Stoicis ne-  
ditur.) Cicero Fatum collocat in eo genere causarū, que pre-  
currentes appellantur. Fatum uero Gellius cap. 2. lib. 6. sic defi-  
nit: Fatum est (inquit Chrysippus Stoicus) sempiternā quādā,  
et indeclinabilis series rerum, et catena uolvens sene tipa,  
se se et implicans per aeternos consequentias ordines quibus  
apta conexa est. Qui huic definitioni obstreput, sic fatum  
euertere conantur: si omnia fati reguntur, neque fati uolumina  
declinari transcedunt posse; ut peccata non sunt hominibus in-  
ducenda, neque eorum uoluntatibus, sed illi necessitatibus inuictabilibus,  
que rerum omnium domina est et arbitra; per quam necesse sit  
fieri quicquid futurum est. Verum Chrysippus hanc obiectio-  
nem sic diluit: sicut lapidem cylindrum per spatia terrae prona-  
si faciat, aut pellas, causam ei quidem et initium precipitatio-  
ne feceris: mox tamen ille praecipps uoluit, non quia tu iam id fa-  
cis, sed quia modus eius, et forme uolabilitas se se habet: sic  
ordo et ratio et necessitas fati genera ipsa et principia cau-  
sarum mouet: impetus uero consiliorum, mentiumq; nosrurum,  
actionesq; ipsas, uoluntas cuiusq; propria, et animorum inge-  
nia moderantur. Inspera Seneca in libro de Diuina prouiden-  
tia, naturam Fati ita describit: Fatis ducunt, et quantumcum-  
que temporis restet, prima nasciū hora dispositi: causa pen-  
det ex causa, priuata ac publica longus rerum ordo trahit: uide  
fortiter omne faciendum est, quia non ut putamus incident cun-  
cta, sed eueniunt. Olim constitutum est, quid gaudeas, quid  
fleas, et quanvis magna uideatur varietate singulorum uita di-  
stingui, summa in unum uenit. Atq; ut earum causarum.)  
Quemadmodum cause sine quibus nihil efficitur, distributa  
sunt: sic efficientes diuidi possunt, ut eorum alia absoluta et  
perfecta sit, que sola per se suum opus officit, nulla re adiuuan-  
te. Alia uero non sola, sed que adiuuari uelit, ipsamet quidem  
etiam

etiam adiuuas, et efficiendi socia quedam: ut sola uirtus bonos  
eos efficit, in quibus est, sed an sola beatos efficiat, an uero sit  
adiuua uanda, queritur. Si Stoicis creditus, sola uirtus beatos ef-  
ficit: si Peripateticis, non sola, sed bonis corporis et fortuitis  
adiuua uanda est. Quod autem Cicero dicat sapientiam solam per  
se sapientes efficeri, docet nos, aliquando efficiem causam et  
formam eandem esse. Nam sapientia, sapientis forma est, ut uult  
Boetius: eadem uero, sicut Cicero dicit, sapientis efficiens causa  
est. Quare non est, quod Rodolphus uget, formam et efficien-  
tiam interim causam esse. Note

## BARTH. LATOMVS.

Causarum igitur genera duo sunt.) Diuidit causam in  
efficientem necessariō, et non necessariō efficientem: et rursus  
utrumq; genus duplex facit. Vnum quod ui sua certe ef-  
ficit.) Certe, id est necessariō est enim uis eius eiusmodi, ut ces-  
sare, et in id quod subiectum est, non explicari non posit: ut  
ignis accendens, et omnia, que sine appetitione et delectu  
agunt. Sed sine quo effici non poscit: ut sine materia, loco,  
tempore, instrumentis, quibusdam in rebus omnino non potest  
effici: sine adiumentis autem et præcursionibus quibusdam alijs  
in rebus non facile efficitur, in alijs facilius. Nihil autem est in  
omni rerum natura, quod sine careat, propter quem agit: quare  
et hic ad efficiendum est necessarius. Præcursionem quan-  
dam.) Id est, adiumentum et proclivitatem, qualis tum in oc-  
casionebus temporum, tum in ipsa sepe rerum natura esse solet:  
ut in stuppa accendenda, et iracundo inflammando: item cum  
amantibus locus et tempus suffragatur: ut Aeneas et Didoni  
spelunca in silva et solitudine. Causarum ex exterritate  
pendentium Fatum à Stoicis neditur.) Fatum à Chrysip-  
po sic definitur, ut refert Gellius, esse sempiternam quādā, et  
indeclinabilem rerum seriem, et catenam uoluentem seme-  
t ipsam

Gell. Noct. ipsam se se, & implicantem per aeternos consequentiae ordines,  
Att. libro 6. ex quibus apta conexaque est. Constat enim ex causis prouenientibus  
cap. 2. magis, quam efficientibus: sicut idem Chrysippus exemplo cylindri ostendebat. Non enim mouetur cylindrus per se, nisi impellatur: & tamen forma sua uolubilis est, ut si uel leuiter impulsus fuerit, ultro deinceps a sponte sua feratur. Atque hoc est, quod dicitur a sapientibus, astra non afferre necessitatem consilii hominum, sed proclivitatem. Atque ut earum causarum. Ex praecedenti diuistione sequens nascitur. Nam si sunt quedam, sine quibus effici non potest: non omnia efficiunt, etiam si necessariò efficiant per se sola efficiunt: sed alia efficiunt sola per se, alia adiumentis agent. Beatos efficiat necne? Quia uidetur etiam externa bona ad felicitatem necessaria esse, de quo est inter Stoicos & Academicos magna dissensio.

Proximus est locus.) De causarum locis, que in quatuor genera distribuuntur. Hic autem circumstantias & occasiones causas facit. Fatum ordinem uocarunt causarum inter se connexarum: nec tamen voluntati necessitatem afferre Chrysippus dixit, quod semper certo ordine sydera uehantur. Fuerunt autem uarie hac de re diffensiones. Chrysippus dicit causas praecedentes, eadem esse adiuuentes, non sufficienes. Verum praeceps causas esse rationem in nobis assentientem aut refragantem uisificari tamen plerunque, ut quales sunt in natura impetus, intrabant nos uisa, aut non afficiant: sicut cylindrum si quis impulcerit in area, quia rotundus est, per se uoluitur longius. Sic in ipsa figura cylindri causa est que motionem recipiat. Sed si cubum impellas, non uoluetur longius. Hinc intelligi potest cur Cicero fatum ponat inter adiuuentes causas, non necessarias. Christiani autem est sic sentire, quod quanquam sit aliqua uis naturalium causarum, & voluntatis humane, tamen Deus eas gubernet, & nunc quoque moderetur, & pro suo consilio uel

impedit

impedit actionem earum, uel iuuet, iuxta illud: *Vnus de istis passibus non cadet super terram sine uoluntate patris.* Item, In ipso sumus, uiuimus, & mouemur. Multa etià praeceps naturales causas diabolus efficit in his q[ue] deserti à deo, impelluntur à diabolo.

CHRIST. HEGEND. *Iam ratus,*

Quodammodo stolidus.) Id est, immobilia prorsus, nisi agèdi extra modus accesserit. Fatu à Stoicis nequitur.) Fatu enim autore Chrysippo, est sempiterna quædam & indeclinabilis rerū series, & catena uolvens ipsamet se se, & implicans per aeternos consequētia ordines, ex quibus apta conexaque est. Vide Gellii lib. o. cap. 1. ut. Abiit filius peregrin, qui a patris obiurgationem ferre non poterat. Ideo patris obiurgatione ferre non poterat, quia puellam quandam deperibat. Ideo puellam deperibat, quod sepe ante ea congressus erat. Idcirco uero congressus erat, quia aliquid, ut cum ea colloqueretur, precepit. Et ita illa infinita causarum consequentia à Stoicis fatum dicitur.

C I C E R O .

Quare cùm in disputationem inciderit causa efficiens aliquid necessariò, sine dubitatione licet quod efficitur ab ea causa concludere. Cùm autem erit talis causa, ut in ea non sit efficiendi necessitas, necessaria conclusio non sequitur. Atque illud quidem genus causarum, quod habet uim efficiendi necessariam, errorem afferre non feret: solet: hoc autem sine quo non efficitur, sàpere conturbat. Non enim si sine parentibus filii esse non possunt, propterea causa fuit in parentibus lignandi necessaria. Hoc igitur, sine quo non fit, ab eo in quo certè fit, diligenter est separandum. Illud enim est tanquam, *Vtinam ne in nemore Pelio securibus Caesæ cecidissent abiugæ ad terram*

terram trabes, nisi enim cecidissent abiegnæ ad terram trabes, Argo illa facta non esset. Nec tamen fuit in his trabibus efficiēdi uis necessaria. At cum in Alacis nauim crissipulcans igneum fulmen iniectū est, inflāmatur nauis necessario.

S E V E R . B O E T I U S .

P R I M A quidem causarum diuisio, secundum Tullium, fuit in ea quæ efficerent aliquid, & ea sine quibus effici non posset. Atq; illud quidē quod efficeret, in genita item partitus est, scilicet in id, quod ad efficiēdū aliquid necessariam uim posideret, neque ullius indigeret extrinsecus adiumentū: & in id, quod nisi alijs adiuuantibus, operari atq; efficerē non posset. Ac primum quidem de ea loquitur causa, quæ efficiēdū uim tenet. Eius enim ea pars, cui efficiēdū necessitas adest, statim secum conclusionē comitē trahit. Dicta enim causa, quæ necessariō aliq; efficit, effectus etiam necesse est conseq̄uat: uelut si solem affuisse quis dixerit, lucem quoq; affuisse monstrabit: aut cum aliqui adesse sapientiam dixerimus, sapientem necesse est esse fatemur. At in his causis efficientibus, quæ extra positis indigent adiumentis, non eadem ratio est. Neq; enim, ut quæq; huīusmodi causa dicitur, ita necesse est effectum sequi. Non enim huīusmodi causa, necessario efficit quod uult, nisi extra positis auxilijs adiuvetur. Idem est etiam in ea causa, quæ ipsa quidem efficientiū non habet, sed sine ea non prouenit effectus. Nam ut Tullius quoque commemorat, nullam in officiēdū rebus adhibet necessitatem, atque ideo dicta causa, non statim sequitur effectus. Neque enim si congreſsus est, mox amauit: nec si fuit es, statim quoque fuisse necesse est: ex quo aliarum causarum partitia nascitur. Alioq; cause sunt necessarie, aliо minime. Non necessariarum aliae sunt efficientes, aliae sine quibus non efficiuntur. Necessariarum uero causarum conclusio non solet conturbare.

Vt

vt enim hec causa fuerit dicta, statim in conclusione sequuntur <sup>in causis ne</sup> effectus. Non necessariarum uero, quæ sunt partim efficientes <sup>cessariis statu</sup> (quod nunc tacuit, sed paulo ante prædictis) non habent subse- sequitur effectu quentem efficit & rei conclusionem. Neq; enim si liberū sine patru in non m  
rentibus non sunt, idcirco in parentibus efficiēdū causa necessaria resseruius uero  
ria fuit: cum uidemus in hominum esse potestate ne gignant. Ea minime  
uero causa, quæ ipsa quidem non efficit, sed sine ipsa effici non  
potest, huīusmodi est, quemadmodum Enniano uersu declaratur  
Nisi enim cecidissent abiegnæ trabes ad terram, Argo illa sit. Argo nauis  
ita non efficit. Ex trabibus nauis, Argo facta est: sed nulla inerat causa ne  
trabibus necessitas, ut ex eis fieret nauis. At uero ea causa, que  
est efficientis, & quæ in se suā continet necessitatē, talis est, quale,  
cum in Alacis nauim igneum crissipulcans fulmen iniectū est. Causa in re  
Statim enim accendi necesse est nauim: quia ignis accendēdi ne- ria  
cessaria causa est. Et sensus quidem est huīusmodi: ordo autem  
paulo confusior est: atq; enim hoc modo, Atq; illud quidem genus  
causarum, quod habet uim efficientiū necessariam, errorem affir-  
re non sere solet: hoc autem sine quo non efficitur, sepe contur-  
bat. Quod cum dixisset, cumq; uel utriusq; uel alterius exemplū  
ponere debuisset: neutri conuenientem exemplo similitudine de-  
dit. Namq; cum uel necessariam causam efficientem, uel eam sine  
qua non efficitur, proposuisset: eius causa posuit exemplum:  
quæ efficiat quidem aliquid, sed non sine extra positis adiumen-  
tis, hoc modo: Non enim, si sine parentibus filii esse non possunt,  
propterea causa fuit in parentibus gignendi necessaria. Paren-  
tes enim & maxime masculi sexus, efficientis causa est: sed non  
sine foemina, id est, non sine materia quadam, & ea causa, sine  
qua fieri non poscit: cum ipsa uim efficiēdū non habeat. Itaque  
nec causa necessaria, & efficiēdū posuit exemplum: nec eius si-  
ne qua fieri nihil poscit: sed efficientis quidem, non tamen nec-  
essarie: sed uidetur tacuisse in propositione id cuius posuit exem-  
plum. Ita enim apertius dici potuisset, Atque illud quidem genus  
B. cap.

causarum, quod habet uin efficiendi necessariam, errorem afferre non ferre solet: hoc autem quod non habet efficiendi uim necessariam, uel hoc sine quo non efficitur, sepe conturbat. Itaque sic intelligendum est, quasi ita sit dictum. Nam de necessaria causa nullum posuit exemplum. Quod uero subiecit, utrisque causis eouenit posterius enumeratis tan efficieti non necessaria, quam ei sine qua nihil efficietur. Parentes namq; tam masculini sexus, quam foemini esse dicuntur: quorum quidam masculini sexus ea causa est quae efficiat, sed non necessaria: foemini uero ea, que non efficiat, sed sine qua esse non posset. Quae cum ita sint, discernenda sunt causae, et praevidenda necessitas: nec omnis causa præmittenda, ut subsequatur effectus, sed ea tantum, in qua est efficiendi necessitas, etiam si extrinsecus adiumenta desuerint.

## IOAN. VISORIUS.

Quare cum in disputatione inciderit causa efficiens. A causa ad effectum nonnunquam argumentatio necessaria est, aliquando non est necessaria. Necessa est conclusio, si ab efficiente causa argumenteris, nam Causa efficiens dicitur, que uia sua id, quod sub ea subiectum est, certe efficit. Certè, Cicero signatus dixit, quasi necessario, uel haud dubie, dicere uellet: quod si causa efficiens suum opus ex necessitate sortiatur, ab ea sane ad effectum rata erit, et explorata collectio, ut Si Sol adest, ergo lux adsit oportet. Non est autem certa, neque necessaria argumentatio, ab ea causa, sine qua non efficitur, ad id quod ex ea fit: non enim protinus sequitur, si sit ea, et rem statuam esse: quamvis area statua sim area heri non posset, et tamen esse potest, ut area statua non sit. Itaque genus illud causa, quod efficiendi uim habet, ab eo diligenter separandum est, sine quo res non efficitur. Nam illud in argumentando non fallit, nec errorem in colligendo solet adferre, quippe quod indubitate et explorata facit. Hoc uero genus sine quo non efficitur, sepe fallit, nec enim necessariam efficiendi per se uin habet: quo sit, ut eius effectus non

ex necessitate colligatur. Illud enim est tanquam innam ne in nemore Pelio securibus causa cecidissent abiegnæ ad terrā trabes. Trabes ille, que in nemore Pelio causa sunt, causa fuerunt Argo nauis fabricanda, non quidem conscientes, sed sine quibus Argo nauis fabricata non est. Nam illi fabricādæ materiam prebuerūt. Recte nos admonet Quintilianus cap. x. lib. v. ne causas ab ultimo repetamus, ut ancilla Medea coniugis Iasonis sua hera miseria causam esse dicebat trabes abiegnæ in nemore Pelio causa: nisi causa fuissent, neque ad terram cedisset, Argo nauis fabricata non fuisset: unde miseria Medea orta est, quæ patrem suum Aeëtam regem Colchorum, patriamq; suā Colchida reliquit; ut Iasonem post uellus aureum conquisitum in Græciam sequeretur, a quo tandem repudiata fuit, tamen si eam postea reuocauerit, ut Iustinus lib. II. & IIII. narrat. Huius rei Ciceron meminit, cum alibi, tum secundo Rhetoric. ad Herennium, ubi de uitiosis expositione loquitur: sic enim ait:

Ne Ennius et ceteros poetas iniurierunt, quibus hoc modo loqui concessum est.

Vtinam ne in memore Pelio securibus  
Cœsa cecidisset ad terram abiegnæ trabes,  
Ne uie inde nauis inchoanda exordium  
Cœpisset, que nunc nominatur nomine  
Argo, qua uecti Argivi delecti uiri  
Petabant illam pellem inauratam arietis  
Colchis, Imperio Regis Pelie per dolum.  
Nam nunquam hera errans mea domo efficeret pedem  
Medea, animo ægra, et amore saucia.  
Nam hic erat satis dicere (si id modo, quod satis erat, spectas  
set poëta)

Vtinam ne hera errans mea domo efficeret pedem  
Medea, animo ægra, et amore saucia.  
Ergo hac quoq; ab ultimo repetitione, in expositione magis

pere subversum est. Non enim reprehēsione, sicut alie compares, sed sua sponte uitiosae est. Similis causa est, si quis dicat Publum Cornelium Scipionem causam multarum in urbe Romā seditionum. Nam nisi Corneliam filiam Sempronio ducentā collocasset, ex Sempronius ex ea Tiberium & Caui Gracchos suscepisset, qui multas in urbe seditiones excitarunt, seditiones illes suscitare non suissent. In nemore Pelio Ouidius lib. 5. Faſto de nemore Pelio sic ait,

Pelion Aemonie mons est obuersus in austros,  
Summavirent pinu, cetera querqus habet,  
Phillyrides tenuit, saxo stant antra uetus.

Quæ iustum memorant incoluisse senem.

Hic est Pelion, quicquemadmodū dictum est) Argo nauis fabricande materiam tribuit, ut Flaceus libro primo testatur, & Cætullus in Pelei nuptiis,

Peliano quondam prognata uertice pinus  
Dicuntur liquidas Neptuni nasse per undas  
Phasidos ad fluctus.

Cicerō lib. primo Tuscul. Argo nauis meminit: ubi dicit, Etenim si nunc aliiquid assequi se ferunt, qui ostium Ponti uiderūt, et eas angustias per quas penetravit ea que nominata est Argo, quia Argiū in ea delecti uiri uecti petebant pellem iniuriam arietis, cum Colchos adiijssent. Sed de Argo nauis satis dictum. De Pelio monte rursus, prater superiora p. uca dicamus. Mons Pelion adeò altus est, ut Dica archus mathematicus regum cura montes permensus omnium cum altissimum prodiderit: hinc illud est Ouidij libro Faſtorum primo:

Sic petitur celum, non ut ferat Ossa Olympus,  
Summaq; Pelius sydera tangat apex.

At cum in Aiacis nauim.) Sicut exemplum causa Tullius ante dedit, sine qua res non efficiunt, que nos in colligendo ſc̄pe fallit, quod ex ea non necessariō sequatur effectus, ut si tra-

bes

bes in Pelio nemorē fuerunt non protinus tamen Argo nauis fabricata est, neque continuo Medea misera fuit. Sic nunc Cicero dat exemplum cause, quæ sua uī, quod sub ea subiectum est, certè efficit ut ignis causa est efficiens incendij, neq; non urere potest, si ei apponatur, quod uī posuit ut igneum fulmen criſpūlanc̄ iniectum in Aiacis nauem non accendere non potuit. nauis enim necessariō inflammata est. Ab eiusmodi causa efficiente ad effectum rata est, & inexpugnabilis argumentatio, ut fulmen iniectum est in nauem Aiacis: igitur inflammata nauis est. Duo fuerunt Aiaces, unus Oileus, & alter Telamonius: ambo fueruerunt Oileus quidē amore & ira: Telamonius amore diro. Nam Aiāx Oileus per impatiens amoris Cassandra filian Priam, & uatum in templo Palladis oppresit: quam nimis Pallas ultra est. Vnde Vergilius primo Aenid. sic ait sub persona Iunonis:

- Pallas ne exurere classem  
Argiūm, atque ipsos potius submergere ponto,  
Vnius ob noxam, & furias Aiacis Oilei?  
Ipsa nouis rapido taculata, e nubibus ignem,  
Dissecit: rates, eueritq; exora uentis:  
Illum expirantem transfixo pectori flammas

Turbine corripuit, scopuloq; infixit acuto.  
Alter uero nemp̄ Telamonius Ajax in furorē ira uersus est: de quo poëta sic loquitur: Achille sagitta Paridis interempto, magna inter Aiacem & Vlyssēm contentio orta est, uter ipsorum illius armis dignior esset. Agamemnon autē, ne in alterius odium incideret, illius contentionis iudicium ad Principes Graecorum reiecit: ut pro uirtute & meritis utrilibetq; arma alteri adiudicarent. Iusso igitur utroque in consilio principum causa suam agere, Vlyssēs non uirtute, non meritis, sed eloquentia, quæ plurimum ualebat, effecit, ut sibi arma adiudicarentur. Illam autem repulsam Ajax adeò ē gre tulit, ut primum furiosus sit effectus, deinde cum respūisset, gladio incumbens sese interficerit, Ai-

cum autem Telamonium Ouidius libro x i i . Metamorphose loquentem inducit,

Aginus, prob Iuppiter inquit,  
Anterates causam, & mecum confertur Vlysses?  
At non Hectoris dubitauit eadere flammis,  
Quas ego suslinui, quas hac a classe fugavi.  
Tutius est igitur fictis contendere verbis,  
Quam pugnare manu: sed nec mibi dicere promptum  
Nec facere est istud nam quantum ego Marte feroci  
Inq. die uideo, tantum ualeat iste loquendo.  
Nec memoranda tamen uobis mea facta Pelasgi  
Esse reor: uidisti enim, sua narret Vlysses  
Quae sine teste gerit. quorum nox conscia sola est.  
& cetera, que ab Ouidio repetes. Nunc uero de Aiacis Oileo,  
non autem de Telamonio Cicero loquitur.

BARTH. LATOMVS.

Hoc igitur sine quo non fit.) Vel omnino non fit, uel non  
facile fit, quemadmodum supra interpretatus. Utinam  
ne in nemore Pelio.) Senarij sunt ex Medea Ennij, quibus  
ancilla queritur Medeam inter Argonautas lasonem fecutum  
esse, que nunc ab illo relicta sit.

Diligenter est separandum.) Id est, cause necessarie sunt  
separanda a non necessariis: ut cum iustitiam humanam posu-  
erit causam iustificationis, est questio an sit necessaria, an non?  
Paulus respondet, non. Utinam, &c.) Hoc Cicero sape al-  
legat, & recitat in his versibus in Rhetorica ad Herennium, ex  
Medea. At cum in Aiacis.) Ex comedia aliqua sunt petia.  
Summa hec genera sunt causarum, natura, & voluntatis. Illoru: ergo  
generu: hic exempla ponit. Affctus & habitus non procul  
dissent. Itaq. sunt habitus in animis, tanquam colores in corpo-  
ribus. Naturam uocat inclinationem naturalē. Quidam magis ad irā,  
quidam

quidam natura ad lenitatem prop̄estores sunt. Casum subiecti uolu-  
tariorū causis, quid humānū consilii posse fortuna & causime-  
deri. Non necessariæ. Id est, non semper pariū suos effectus.

CHRIST. HEGEND. dumraby

Aliiquid necessariō. VT, ignis est, ergo accendit. Sol adest,  
ergo lux adst oportet. Sapientia preditus ergo sapiens sit neces-  
sum est. Cū autem talis caula.) Vt nō sequitur, Cōgressus est,  
ergo amari. Aes est, igitur statua est. Farina est, ergo panis est.  
Non enim si sine paren. Exemplū causæ est que efficit qui-  
dem aliiquid, sed non necessariō. At cum in Aiacis.) Exem-  
plum causæ efficientis, que in se uim efficiendi habet.

CICERO.

Atque etiam est caularū dissimilitudo, quod *Aha causa:*  
aliæ sunt, ut sine illa appetitione animi, sine uo- *re diuisio-*  
luntate, sine opinione, suum quasi opus efficiat.  
uelut, Omne intereat, quod ortum est. Aliæ au-  
tem, aut uoluntate efficiuntur, aut perturbatio-  
ne animi, aut habitu, aut natura, aut arte, aut ca-  
su. Voluntate, ut tu, cum hunc libellum legis.  
Perturbatione, ut si quis etentum horum tem-  
porū timeat. Habitū, ut facile, & citò trascatur.  
Natura, ut uitium in dies crescat. Arte, ut bene-  
pingat. Casu ut prosperè nauiget. Nihil horum  
sine caula, nec quicquam omnino, sed huiusmo-  
di causæ non necessariæ.

SEVER. BOETIVS.

FACIT aliam rursus causarum diuisiōnem, ita: Causarum  
enim aliæ sunt, que sua quadam uia sine appetitione, sine uolun-  
tate, sine opinione, unum atq. eundem efficiendis rebus ordinem  
tenent: ut est: Interire omnia, que orta sunt. Nam quia ortum  
est, id circa etiam necessere est interire: nec tamen ipse ortus, ut c.e

B 4 icta

ter a intereant, uel appetitu aliquo uel uoluntate, uel opinione efficit: sed ita est ab eterno rerum statu, ut qui quid ortum est, quia caput esse, aliquando etiam esse desistat. Item aliae sunt causae, que aut in uoluntate, aut in perturbatione animi, aut in habitu, aut in natura, aut in arte, causa uee consistunt. Uoluntate, ut si querat aliquis, cur Trebatius liber legat, respondebitur: quia legendi uoluntas est. Perturbatione animi, ut si quis timore pallescat, aut uirum fugiat, habet ciuilibus conturbatus. Habitum, ut si idcirco Trebatius facile de iuris ratione responderit, quonia multo usu constantem ciuilis scientie habitum tenet: uel si quis idcirco irascatur facile, quia eius animus per iracundie habitum effervescit. Natura, ut si quis idcirco dicatur irasci, quia natura iracundus est, iudicetur in dies uitium crescat. Arte, ut si idcirco bene quisque pingat, quia eius artis peritus esse proponatur. Causa, ut que in nostra potestate nullo modo sunt, sunt ammen uelut incerto praecritim tempore prosperitas nauigandi. Atque horum omnium nihil causa vacuum est: nec quicquam est in rebus, quod aliqua causa non perficiat. Omnia enim que sunt, habent aliquam rationem, cur facta sint: quam si quis reddere posset, causa non quoque reddiderit. Id enim est causa, propter quam unumquodque sit. Omnes uero causa, que uel ex uoluntate, uel perturbatione animi intelligantur, ad causam causam pertinent, que est mouendi principium, ut in Aristotelica diximus diuisione. Hec enim, ut aliiquid efficiatur, mouendi principia sunt, at in arte, uel habitu, uel natura, illa causa est, que in ratione consistit. Species enim, ac ratio unitus cuiusque efficienda rei in arte, et habitu, et natura posita est. Causa uero exterior causa, nec inter principales annumeratur, secundum Aristotelem. Secundum uero Marcum Tullium, Causa est latens effectus rei causa, quod quale sit, paulo posteriori designabitur.

IOAN. VISORIUS.

Atque etiam est causarum dissimilitudo.) Cicero causa  
aliae

alia distributione partitur, ut carum aliae sunt necessitatis, aliae voluntatis, aliae perturbationis, aliae habitus, aliae naturae, aliae artis, aliae casus et fortunae. Causae necessitatis sunt in ijs rebus, quae rationes et consilij expertes sunt. Nam eiusmodi res omnes, ut ait Rodolphus, necessitatem in agendo sequuntur, ut ignis apposito sibi, quod ubi poscit, non urere non potest. Causae uoluntatis, sunt in ijs rebus, quas homines consilio, ratione, et iudicio admittant. In ijs enim agendis delectum sequuntur, quas si uolunt, agunt: si uolunt, non agunt: sed ab eis abstinentur. Est enim uoluntas, ut Philosophi definit, rationalis appetitus, ut cum hunc libellum legis, uoluntas tua causa est quare legis: nam quia legere uoluit, propterea legis. Causa perturbationis in ijs est, qui ob ebrietatem ad manus, et ad ferrum ueniant: et in omnibus illicis, qui impetu mentis impulsi, quicquam agunt: ut si quis euentum horum temporum timeat, id est, si quis urbe reliquat Antonij tyrannidem timens. causa migrationis timor habetur, qui perturbationis est species. Nam timor est appropinquantis malitiae metus. Metus uero futuri mali opinio. At perturbatione, aut est presentis, aut futuri boni vel mali opinio: presentis boni, ut letitia: mali presentis, ut egritudo: futuri mali, ut metus: boni futuri, ut libido. Has quatuor species perturbatione comprehendit. Est autem perturbatione, ut inquit Cicero libro IIII. questionum Tuscul. auera recte ratione contra naturam animi iniciatio. Habitum causa, est in eo, qui ad aliiquid agendum assuetus est. Est enim habitus, qualitas quaedam usi, et meditatione comparata, qua ad aliiquid faciendum proclives, et prompti sumus. Ut qui uirtutis habitum sibi comparauit, ad bene agendum paratisimus est. Naturae nonnunquam causa esse dicitur, ut aliiquid fiat. Sed memineris naturam hoc in loco pro facilitate quadam et naturali promptitudine capi: ut adolescentes suapte naturae ad libidinem prompti sunt. Ars est recte faciendi consuetudo: sicut Aristoteles v. Ethicorum definit. Quo fit, ut sit artis bene puer.

gere. Causa demig; causa est accidentaria, ut pote rerum earum, que temere, et insperato nobis contingunt: ut Adrastus filium, Crassus causu occidit. Nam cum telum misit, ut feram configeret, Crassus filium preter expectationem occidit. Hę autem omnes causae, preter primum modum, non necessarie sunt: ut uoluntas, per turbatio, habitus, natura, ars, et causa. Velut omne intereat, quod ortum est.) Quintil. cap. de argumentis, ubi de rebus mutuam confirmationem prestantibus, loquitur, scribit: illa quoq; que ex rebus mutuam confirmationem prestantibus ducentur, que proprij generis quidam uideri uolunt, et uocant ex rōp̄ τρόπον αὐτην. Cicero, ex rebus sub e. indemnationem uenientibus sorte consequentibus iuxerim. Si portuum Rhodijs locare honestum est, et Hermocreonticonducere, et quod discere honestum, et docere. Unde illa, non hac ratione dicta, sed efficiens idem, Domitij Afri sententia est pulchra. Ego causas uos dianas est: Est iniuciem consequens et quod ex diversis ostendit, ut qui mundum nasci dicit, per hoc ipsum et deficere significat, quia deficit omne quod nascitur.

## BARTH. LATOMVS.

Atq; etiam est causarum dissimilitudo. Hę diuisio est causarum, non secundum uim qua efficiunt, sed secundum modū efficiendi. Aristotelici eas appellant, ex proposito, et sine proposito agentes, hoc est, cum delectu, et sine delectu. Velut omnne intereat. Huius causa ipsa rerum natura est, qua ita conditionem rebus materia, ut tradunt Phisici, quoniam ea et aliarum et aliarum formarum sit capax. Nec tamen fit, ut sit causa efficiens materia, que per se stolidia et ineficit, et non sit causa efficiens, sit ut aliam atq; aliam formam accipiendo, interitum rerum admittat, eōq; causa interitus earum esse dicatur. Aut natura. Hę naturam accipe non in uniuersum, sicut de ea modō locutus sumus: sed pro ingenio cuiusq; quod cum dele

et

Et agit ut in iracundo et libidinoso, qui natura tales sunt, in quibus cum ualeat uitium, natura id fieri dicitur. Causa ad fortunam pertinet, que et ipsa multorum eventorum causa est, sed latens.

OMNIA IN C. CHRIST. HEGEND.

Velut omne intereat. (ta enim ab eterno rerum statu comparatum est, ut quicquid ortum sit, intereat; et ortus nec appetit, nec uult, nec opinione efficit interitum. Aut habitu.) Habitus in presentia est qualitas uel animi uel corporis agendi consuetudine parti, qua facilius et certius aliquid agimus. Voluntate. Sensus est, uoluntate legendi hunc libellum habes, igitur libellum hunc legis. Habitum. Hoc est, habitum quendam irascendi habes, id est, et citò et facile irasciri, ergo te iratum fuisse credibile est. Perturbatione. Hoc uult dicere, quia bella ciuilia instant, quia dubius horum temporum euictus est, vel quia tempore euictum horum temporum, ergo ex urbe fugio. Naturā. Hoc uult dicere, Naturā iracundus es, ergo te iratum fuisse credibile est. Item, Sol oritur, ergo dies est: quia sol est naturalis causa efficiens diei. Arte. Id est, Artempingendi callet, ergo bene pingit. Causa. Hoc est, Aurora pacata in mari fuit, ergo propere nauigauit. Porro aura pacata causa accidit. Sed huiusmodi. Exceptis tamen causis naturalibus, et causis que arte agunt, nam illae necesse esse sunt.

CICERO.

Omnium autem causarum, in alijs inest constantia, in alijs non inest. In natura, &c in arte constantia est, in ceteris nulla. Sed tamen earum causarum, quæ non sunt constantes, aliæ sunt perspicuae, aliæ latentes. Perspicuae sunt, quæ appetitionem animi, iudiciumq; tangunt. Latent, quæ subiecta sunt fortunæ. Cum enim nihil sine causa fiat, hoc ipsum est fortunæ, eventus obscura causa, quæ latenter efficitur. Etiam ut ea quæ fiunt,

partim sint ignorata, partim uoluntaria. Ignorata, quæ necessitate effecta sunt. Voluntaria, quæ consilio. Quæ autem fortuna, uel ignorata, uel voluntaria. Nam facere telum, voluntatis est: ferire quem nolueris, fortuna. Ex quo aries ille subiectur in uestris actionibus. Si telum manu fugit, magis quam iecit. Cadunt in ignoratione, atq; imprudentiam perturbationes animi, quamquam sint uoluntarie: obiurgatione enim, & admonitione deiciuntur: tamen habent tantos motus, ut ea quæ uoluntaria sunt, aut necessaria interdum, aut certe ignorata uideantur.

## S E V E R . B O E T I U S .

R V R S V S ' Q V E causarum diuisione dian claram, & perspicuum prodit. Causarum namq; aliae sunt constantes, aliae uero inconstantes. Constantes sunt, quarum non s' e' uariatur effectus. Inconstantes uero, que hoc atq; illuc facilioribus mutationibus transferuntur. Omnia igitur, que ex natura atq; arie descendunt, constantia sunt. Natura quippe, atq; ars suum semper opus efficiunt, nisi subiecta materia obstat incertum. Nam quod unus, idemq; artifex ex eadem sepe materia, non admodum similes statuas format, non est hoc in arte uarietas: sed tum in artificio manus, que integratatem artis assequi non potest: tum in ipsa materia, que efficiens, atq; forme non aequaliter cedit. Idem est in natura. Scrutat namq; natura constantiam suam, cum hominem format ex homine. Itaq; similia in ceteris ex similibus gignit. At cum monstrorum aliiquid efficitur: non naturae uito, sed materie potius applicatur, ex qua, id quod efficiere contendebat, non ita potuit natura explicare. Sed inter constantes causas, Habitum quoq; debuit adiungi. Nam quod ex habitu cuiusq; sit, id constans, nec mutabile esse solet. Quandoquidem idcirco habi-

tus

tus dicitur, quia diuinatim habendi, in natura similitudinem uertitur. Sed forsitan illud Tullius uidet, quod natura, atq; ars, non tam in effectibus constantes, quam in propria ratione esse intelliguntur: intantum, ut quod ars et natura delinquit, materia se prius imputetur. Habitus uero ipse consuetudine quadam collectus est, qui non ratione aliquid, et propria constantia, sed usu facit. Atque idcirco forsitan Habitum, qui inter cetera, preter artem vel naturam uidebatur esse constantia, a causis constantibus segregatur. Ea uero quæ non sunt constantia, in ea diuidit, que sunt perspicua, & in ea quæ latent. Perspicua sunt, que ab animi qualibet motu, uel appetitione, uel iudicij ratione, profecta sunt. Latent uero, que fortunæ subiacent. Nam quia non ignorat animus, in quam partem declinet, qui tamen si boni aliquando iudicium, nunquam tamen eius rei quam efficit, notionem relinquit: preter eos, qui funditus mente capiuntur, & in quibus iam nulla uoluntas est, neesse est nota esse, que ex uoluntate uel animi iudicio sunt. Fortunauero atq; casus, semper ignotus est, cuius quidem natura equi incerta est, atq; ea, que ipsis casibus sunt. Sed M. Tullius definit esse Casum, euentum causis latentibus effectum, Quid casus. Que non uidetur integrâ definitio. Quid enim, si adhuc lateret, quibus causis solaris defectus, & lunaris contingere? num idcirco casu ac fortuna fierent, que constantibus cœli motibus administrantur? An casus quidem putaretur ab ijs, qui defectus rationem reperire non possent: per se autem consideratis, millo quidem modo esjet casus. Sed Marcus Tullius, non qui uidetur esse casus ijs, qui eius naturam minime perspexit, sed quid omnino fortuna euentus esset definitionis ratione monstrabat. Euentum uero latentibus causis Cicerò casum esse, ita concludit: Cum omnia certis de causis sint: quorum ratio cognoscitur, eoru[m] euentus casu fieri non posse, monstratur. Sed putatur aliiquid fieri casu eorum, quorum causa nulla ratione cognoscitur. Ex quo euentus casu fieri non posse, monstratur. Sed putatur aliiquid fieri casu eorum, qui latentibus causis effectum. Hic igitur

tur in rebus quidem ipsis constantiam ponit, casum uero non res, sed opinione metitur. Quo fit, ut si alter effectus rei nouerit causam, id quod accedit, non sit fortunae euentus: idem tamen fortunae euentus sit, si rationem alter ignoret. Quod uero omnium rerum causas esse dicit, non determinat quales: atque ideo nec fortuna ipsa, quorum euentum causa sit, monstrat. Nec me leuam in huminum mentes arrogantis notent, quod uelut affectata auctoritate Tullianis sententijs pugnem: cum aduersus eas, si quid uidebitur, non nostra, sed ab antiquissimis tractatis compensem. Quod si nostra quoque diceremus, oportet tam et eos, non personarum uetus statim, sed eorum, que proponuntur, considerare rationem: nec odisse potius que aduersus magni nominis viros dicuntur, quam contraria, si possint argumentatione reuincere. Nam si eis Marcus Tullius in definitione rerum nimirum placet, quenam est iniuria nos quoque Aristotelicam rationem probare? Quod si intemperanter molestissimi esse pergent, audiunt M. Tullium secundo Tusculanarum disputationum libro adhortantem potius, atque ad certamen vocantem hoc modo: Sed tamen euentum absit, ut scribi contra nos nolimus, ut id etiam maxime optemus. Ipsa enim Graecie Philosophia tantum in honore nunquam fuisse, nisi doctissimorum contentioibus, dissensioibus, creuisset. Quamobrem hortor omnes, qui facere id possunt, ut eius quoque generis laudem iam languenti Graecie cripiant, & transforant in hanc urbem: sicut reliquias omnes, que quidem erant experte studio atque industria sua maiores nostri transtulere. Et rursus nos, qui sequimus probabilita, nec ultra, quam quod uerisimile occurrit, progrexi possumus, & refelli sine pertinacia, & refellere sine iracundia, parati sumus. Quocirca que mala ratio est ipsius M. Tullij uoluntatem iudiciumque: conuelleret, cum eiusdem contra nos sententijs, atque autoritate nitantur? Sed si cui commentarios nostros inspicere uacuum fuerit: sciat huc nos ex Aristotelis secundo Physicorum volumine uertisse, que tametsi

alioris Philosophia disputationes tangunt: non est tamen studiis inuidendum, si Rhetoriciis quoque, ac Dialecticis disputationibus damscemus, que sunt profundiora naturae. Neque pigre cere, ac dilassari animos equum est: quos intentiores ac uegetos ipsa rerum ambiguitas, & variarum cognitionis speculationum deberet efficiere: cum praesertim ea librorum natura sit, ut ad legendum studiosos teneat, nullum cogat ignavum. Dicamus igitur, quid euentus sit fortunae: uel quarum rerum fors causa esse dicatur. Omnia igitur sunt uel immutabiliter, ac semper, ut quod sol oriatur: uel sapientia, ut quod equus quadrupes nascitur: uel ardo, ut si equus cum quinque, uel tribus pedibus procreetur: uel aquae, ut in quibus facienda rerum nihil intercessit, quo potius uoluntate ueramus. Atque illud quidem, quod semper fit, nihil habet oppositum, quod illo modo alter sit. Id uero quod sepe contingit, habet aduersum id, quoque rarius euentus. Neque enim sepius fieret, ac non semper: nisi diuersum ratione quidem, sed aliquando tamen continueret. Quod igitur ex fortuna sit, in sempiternis non est. Quis enim casu solem dicit oriri? Ne in his quidem, que frequentius sunt: nullus enim casu equum dixerit esse quadrupedem. Nec uero in ipsis, que fieri equaliter solent. Nam que uoluntaria sunt, non uidentur esse fortuita. Restat igitur, ut in his fortunae euentus sit, que rarius sunt. Eorum uero que sunt, partim finem aliquem spectant, partim numerum. Quis enim finis esse potest, si numerum extendam, si genera compliceret, atque aliquidi a cunctis humi tollam, quod nullis usibus applicem? At uero ea, que aliquem finem spectant, partim uoluntatis sunt, partim naturae. Voluntatis, ut si quis id circa domo egreditur, ut uideat amicum. Naturae, ut quod in animalibus omnia, que ab ea sunt, certam animalis respectu utilitatem: atque ad huius salutem, conservationemque: omnium membrorum momenta sunt constituta. Casum igitur, ac fortuitos euentus in his esse ponimus, que cum rarius sunt in ipsis tamen per accidens euentiant, que propter aliud sunt. Veluti quis egressus domo

domo ut amicum uidetur, præteriens cadente desuper lapide  
ictus est. Id igitur quod evenit, in rariore causa ponendum: ac-  
cepit uero ei uoluntati, que certum respiciebat finem. Ea uero  
fuit domo egrediendi causa, ut amicum uidetur. Rursus quoniam  
lapis naturaliter grauis est, gravitas uero terram petit: causa  
quidem lapidis propter aliiquid naturaliter factus est. Ad id  
enim lapidis natura tendebat, ut in suum locum pondus ueniens,  
conquiesceret. Sed huic naturali intentioni accedit id, quod ra-  
ruius evenit, scilicet percutere. Quo fit, ut sit Fortuna, uel Ca-  
sus, causa per accidentem rarius evenientium in his rebus, que pro-  
pter aliiquid fiunt. Que cum ita sint, cumque definitio Aristotelica  
& Tulliana plurimum discrepet: illud tamen in utrisque constat, id  
quod fortune subiectum est, incertis casibus semper esse supposi-  
tum. Nam licet in his rebus sepe fortuna suos experientur actus,  
que uoluntarie sunt, et ad aliquem finem reuertuntur: extra tem-  
pore accedit quod fortuna est, nec ab eo fine uenit, quem sibi ani-  
mus ante prestruxerat. Sed cum Cicero diuisisset causas, in eas  
que perspicue sunt, et in eas que laterent: cumque ea, que per-  
spicue sunt, diceret esse, que appetitionem animi, iudiciumque  
tangerent: manifestum est eum, uel artem, uel voluntatem, uel  
perturbationem, uel habitum in his causis ponere, que perspicue  
sunt. Voluntas quippe, atque anima perturbatio in appetitione  
ponitur: sepe enim perturbatione aliiquid appetimus. Artem ue-  
ro uel habitum in iudicio: arte namque iudicamus. Habitum uero ad  
utrumque pertinet. Nam et uoluntates confuctas ministrat: et  
multo usu peritiaque fit quodam conscientia iudicandi. Casum in  
non perspicue posuit. De natura incertum est, utrum inter per-  
spicue, an inter latentes ipsam naturam collocet. Nam si inter  
latentes, ipsam naturam casum uidetur putare: cuius opinionis  
nulla ratio est. Quod si inter perspicue: quoniam appetitio ani-  
mi, uel iudicium in natura est? Nec enim aliiquid appetendo,  
uel iudicando facit natura. Nisi forte, quoniam ex ipsis sepe ha-  
bilitas

bilitas quedam mentis, et corporis existit: que habilitas ad  
unamquam rem adiuuat uoluntates (id enim maxime uolumus,  
ad quod habiles sumus) natura inter perspicue causas ponit  
tur. Que iudicio quoque coniuncta est: si naturaliter sano  
quisque iudicio compositus est. Appetitioni etiam: si naturaliter  
aliiquid animus petat. His adiungit aliam causarum diuisionem.  
Alii enim alias causas esse uoluntarias, alias ignoratas. Volunta-  
rias eas, quecumque ex iudicio ueniunt animi. Ignoratas, in quibus  
necessitas domina est, id est, in quibus aut omnino non uolumus,  
aut ne si uolumus quidem alter facere possumus: ut in natura at-  
que casu. Necesse est enim quadam natura, grauius deorsum fe-  
ratur. Necesse item factum dicimus, ut aliquis ignorans, iacto  
trans parietem lapide, præterirentem hominem peremerit. Que  
necessitas talis est: non quod alter fieri non potuisse, nisi ut la-  
pide iacto percuteret: sed quia uoluntas defuit, et non idcirco  
qua uoluit fecit. Prior uero necessitas talis est, in qua uel nulla  
uoluntas est: uel ea est, que ne id, quod cupit, efficiat, uel idiore  
necessitate constringitur. Nam cum lapis deorsum propria gra-  
uitate deponitur, nulla uoluntas est, sed tantu natura necessitas.  
At si homo deorsum cadat, est quidem non cadenti uoluntas, sed  
ferri quo non uult, uel idior natura causa compellit. Voluntate  
uero a fortuitis eventibus, uno codicis aptissimo secrevit ex e-  
xemplo: ueluti si telum manu iactat, nolensque feriat prætereuentem.  
Nam iecisse, ex uoluntatis principio nascitur: iacto enim iecit,  
quia uoluit. Si autem non ignorasset, non percutere potuisse.  
Vnde citam machinamentum quoddam atque defensio in iuris-  
peritorum responsionibus inuenitur. Hoc modo: si telum manu  
fugit, magis quam iecit. Nam si quis cedat accusetur, optima so-  
let esse defensio, si alia non suscepit, fugisse manutelum, et magis,  
quam uoluisse, iecisse non uoluntati, que condemnatur  
in culpis, sed ignorantie factum tribuatur. De perturbationi-  
bus animorum paulo confusius iudicium est. Dubitari enim po-  
test,

teſt, ex uolūtate, an necēſtate, an ex ignorātione uenit, quod perturbatione pœcat. Videntur enim esse uoluntaria peccata. Quoniam qui perturbatioſt, appetit aliquid, aut fugit: sed in hoc, perturbationis eius apparet, quod non fugienda uitia, & non appetenda nimium exoptat. Porro autem, quoniam in perturbationibus ſunt confusa iudicia (neq; enim aliter id quod fugiendum eſt ſepe appetunt perturbati, niſi obſeruato, obſcuratio, iudicio; quod uero fit animi conuifione, ſepe tale eſt, ut nollet admifſiſe qui fecit) eueniit, ut non inter uoluntaria, ſed inter ignorata, uel necessariaſ causas, animorum perturbationeſt. Intantum uero, qui perturbatus eſt, à uera discretione diſcedit, ut in ea uix poſit ſepe recta bene conſulentia admonitione reduci. Quo fit, ut animorū perturbatione iure à cauſis uoluntarijs ſegetur, & aut in ignorātione, aut in necēſtate ponatur. Nam quod ait, Tam habet tantos motus, ut ea que uoluntaria ſunt, aut necēſaria interduum, aut certe ignorata uideatur ita intelligendū eſt. Quoniam omnis anima paſſio iudicium turbat: confundit uero rectam discretionem, ſi arior fuerit, quam ut ratio- nis retinaculis temperetur: fit quædā ex perturbationibus ue- liui uolentia necēſitatem dubium ſit, utrumque, qui aliquid perturbationis animo facit, ignorans faciat, ueluti cum cauſa ignorans delinquit, cum futurum non prouidet cauſam: an ſcienſ faciat, ſeu necēſtate ducatur. Quid igitur dixit, aut necēſaria eſſe, aut ignorata, & diuīſit à necēſariaſ ignorata, nō pugnat con- tra id, quod ſuperius dixit, ea que ignorata ſunt, eſſe necēſ- ria. Nam id quod eſt ignoratū, ita quodāmodo diuidit, ignoratorum alia quādā necēſtate ſunt: dum aut nulla uoluntas eſt, aut ea que eſt, necēſtati nequit obſtare: alia cauſa, cum in ijs ſa- ciendis, que ignorantur, nulla uoluntas eſt. Quid igitur dixit perturbationes animi aut in necēſariaſ cauſis ponit, aut in igno- ratis: id ſine dubio ſenſiſſe intelligitur: Perturbationes animi aut in ijs eſſe ignoratis, in quibus ea necēſitas eſt, ut uoluntas obſtare

obſtare non poſit: aut in ijs, in quibus nulla uoluntas eſt, ſed ſit deliciū cacciate iudicijuelut in ijs, qui immoderatus amor cu- piditati deferruit. Aut enim conſuſo iudicio ab honeſtate diſce- dunt: & dum quaſi bonū appetit, in malum decidūt ignorātes: atque ita in caſu quodam atq; errore ponitur amor immodicuſ. Aut nouit quidem, quod appetit, eſſe uitandum: ſed maiori actu cupiditatis impellitur: atq; inter ea necēſaria ponitur, que aut non habent uoluntatem, aut eam ita infirmā ac debilē, ut nul- lo modo ualidioribus paſtōnibus obnītatur.

## I O A N . V I S O R I V S .

Opnum autem cauſarum, &c.) Cauſarum omnī aliae ſunt conſtantēs, aliae inconstantēs. Conſtantēs ſunt, que ſuum ſemper effectū, niſi fuerint impedita, ſortiuntur. Sunt enim inconstantēs illae, que uariabiles ſunt. Ars & natura ſub genere priori reponuntur: ſunt enim conſtantēs: ut natura ſuum effectū ſemper, niſi aliud impeditatur, habet. Dixi. Niſi impeditatur. Nam impedita ſuum eueniuntur non nanciſcitur: puta cum monſtra parit, materia impeditur. Neq; enim natura finis eſt, ut monſtra pariat, ſed id materie uitio contingit. De Arte pari modo iudicandū eſt. Nam ars naturā imitatur. Ars autē ſi- nem ſuum ſemper propeſtat & ad eum tendit: quod ſi eo non nunquam fruſtretur, non arti, ſed materia, que arte excoſtitur tribuendū eſt. Sub genere poſteriorē collocatur, uoluntas, per- turbatio, cauſa. Nam ſunt omnes mobiles, neque conſtantēs, ſed uarie, & mutabiles. Boëtius Habitū Caufis Incoſtantibus ſub- ſicet, et eam eſſe Ciceronis ſententiā coprobauit: ſed meo ſane iudicio falſus eſt. Nam Cicero ſub conſtantibus cauſis habitum reponuit: ſiquidē ars habitus eſt, ut Aristot. v. Ethico definiuit. Quid ſi ars habitus eſt, et ſubſicet ars conſtantibus cauſis, eisdem ſubſicet habitus. At Boëtius forſan dicet, Cicero diui- ſione ſuperiori habitum, & artem ſeparauit, diuerſasq; cauſas fecit: non igitur per artem debet habitus intelligi, aut contraria. Si

intelligatur, satis erat eorum alterū dixisse. Sed soluitur: **Omnis ars est habitus, non autē omnis habitus est ars:** Habitus genus est artis, ars uero species. Est enim Ars rerum faciendarum habitus, & consuetudo. Ceterum multi sunt habitus, quos artes vocare non possumus: cuiusmodi sunt uirtutes omnes morales. Ergo qui artem dixit, eundem dixisse habitum necesse est: atque Cicero dixit artem causam esse constantem:igitur habitum causam esse constantem uoluit, id quod & ratio suadet. Est enim habitus constans affectio, uel si mavis qualitas longa meditatio firmata. Quare non est habitus inter eas causas condandus, que sunt inconstantes. Sed tamen earum.) **Causarum inconstantium aliæ sunt perspicue, aliæ latent.** Perspicue sunt, quarum cognitus est euenter latet, quarum exitus est obfusus. Causas perpicuas Cicero definīt, que à ratione uel iudicio oriuntur. Nam ratio & iudicium nūquam cognitionem relinquit eius rei, quam efficere conatur. Latentes causas idem describit, que fortū sunt & accidentiarū, queq; præter spem & expectationē nostrā eueniunt, id est, que sunt causæ corūm, que in spērātō cōtingunt. Sub causis perspicuis uoluntatem cōprehendit & perturbationē. Nam perpicue causæ sunt, que appetitionē animi, iudiciūq; tangunt: atq; uoluntas et perturbationē sunt eiūmodi: ergo cause perspicue sunt. Nam licet perturbationē iudicium non tangat, appetitionē tamen animi tangit. Est enim perturbationē quidam appetitus animi, id est animi cupiditas, ut ira, libido, & cetera id genus. Porro uoluntas, cum sit rationalis, iudicij particeps est. Eadem præterea appetitio quædam animi dicitur, quippe que definitur appetitus rationalis. Ceterum quod Boëtius ait, procul à sententia Tulliana abest: cum dicat naturam et artem sub causis perspicuis à Ciceronē comprehendēti. Nam quod hoc à ueritate funditus alienum sit, id quod Cicero ante dixit, clare docet. Inquit enim Cicero, natura & artem causas esse constantes. Quod si cōstantes sunt, sane

sunt non erunt et causæ, quas Cicero perspicuas appellat. Perspicuas enim non esse constantes affirmat, cūm sic distribuit: Sed earum tamē causarū, que non sunt cōstantes, aliæ sunt perspicue, aliæ latent. Sunt autem ars & natura constantes causa, si eūt Cicero testatur eas igitur sub perspicuis non collocat, qui perspicuas sub inconstantibus reponit. Idem de habitu Boëtius affirms: sed illud iam refutauimus. Etiam ut ea quæ fūt.) Causarum aliæ sunt uoluntarie, aliæ ignorante. Voluntarie sunt causa rerum earum, quas homines consilio, & prudentia dirigunt. Sunt ignorante causa rerum earum, que necessitate efficiuntur: necessitate quidem, non quod non fieri non possint, sed quia siue uelutinus, siue nolimus fiat: id est rerum earum, que non sunt in manu, & potestate nostra: ut ignis necessitate accendit, terra necessitate deprimitur: in quibus uoluntas nulla est, neq; consilium dominatur: sed quia sic à natura sunt effecta, ideo fūt. Ceterum cūm Cicero causam partim ignoratur, partim uoluntariū appellat, scipsum paulo post interpretatur, cūm dicit: Iacere uero uoluntatis est, ferire quē nolueris, fortunæ: id est rei fortuitæ, principiū uoluntariū est, exitus uero ignoratus: ut cūm Adrastus telum misit, liberum erat illi mettere, uel non mettere, sed cūm misso telo filium Crœsi interfecit, hoc non proposuerat, sed ignorabat. Nam alterius rei causa, non huic, telum miserat, scilicet, ut feram transfigeret. Præterea sub causas ignoratas animi perturbationes cadunt. Nam tamēt sunt uoluntarie aliquando, quippe que admonitione & oburgatione placentur: interim tamē usq; adeò turbulentæ sunt, & tam uehementes, & concitatos motus habent, ut totum hominem occupet, & sui iuris efficiantur, inquam, ut homo neque liberè, neque uoluntarie operari, sed necessitate agere dicatur, eiūmodi perturbationibus uictus. Quo fit, ut ignorante causa perturbationes sint, id est, non uoluntarie. Ex quo artes.) Arictem autem pro defensione utroquevis capit: defenditur autē reus si quod.

factum ignorantie tribuat, non uoluntati. Non enim tam existunt rerum quam consilia hominum legibus vindicari debent, ut pro Milone Cicero testatur. Aries et machina bellica feriens, more arietis ferrata fronte, & in cornua distincta, uel (ut vegetius definit) cuius caput ferro uestitur, que propterea dicitur aries, quod durissimam frontem habet, ut que subruat muros, aut quia more arietis retrocedit, & cum impetu uehementius ferit, apud Vergilium,

Instat uia patria Pyrrhus, nec claustra, nec ipsi  
Custodes suffere ualent, labat ariete crebro  
Ianua, & emoti procumbunt cardine postes.  
Fit uia ui, rumpunt aditus, primosq; trucidant  
Immissi Danai, & late loca nūl'ite complent.

BARTH. LATOMVS.

Omnium autem causarum.) Et hec diuisio non ad uim, sed ad modum efficiendi pertinet. Nam in his causis inest constantia, que semper eodem modo, quasi opus suum efficiunt, inconstantia autem que variae. Que non sunt constantes.) Ut que efficiunt uoluntate, perturbatione animi, habitu, casu. Aliæ sunt perpicuæ.) Nempe ijs qui agunt, & a quorum sensu proficiuntur: ceteris ignorari possunt. Etiam ea que flunt. Diuidit etiam effecta causarum, sed in duo duntaxat genera, ut sint uel ignorata, uel voluntaria. Ignorata, id est non prouisa, nec destinata a nobis, ac proinde nec voluntaria, ut ea que consilia nostri non sunt, sed necessario eveniunt. Sed ab hac diuisione excipiuntur fortuita, que utriusque generis sunt, & modò voluntaria, modò ignorata, ut que in ceteris simplicia sunt, in his duplicita reperiuntur. Nam jacere telum voluntatis est.) Iactus teli uoluntarius est, quia ex causa voluntaria, & perficia: sed ictus est fortuitus, hoc est, tum imprudens, tum uoluntarius. Nam si percusseris quem uolueris, uoluntarius est, si aliter, ignoratus. Ex quo aries ille subi-

subiicitur.) Aries ille, id est, fortissima defensio ad oppugnandum iudicem, & liberandum reum, nimis uonc cum in confessione facti ad imprudentiam & fortunam configitur. Sumpta est metaphora ab ariete bellico, quo in oppugnandis urbibus porta & muri percutiuntur. Sed hodie non est in usu, cum in eius locum bombarda successor sit. Si telum manu fugit, hoc est, elapsum est. Sunt verba iuris. Cadunt in ignorationem.) Soluit dubitationem de perturbationibus animi, que quanvis uoluntarie sint, tamen non immorit ad necessitatem, uel certe ad imprudentiam referuntur, propter impotentiam earum, qua aut uincunt animum, nisi ualde constantes fuerint: aut impetu quodam consilium eius antevertunt. Itaque et haec defensiones in iudicis proseruntur. Adolescens fecit, lapsus est, amauit, timuit, iratus fecit, que potissimum in decipiendo ualere solent. Quod autem uoluntati subiecta sint, id signi est, quod obiurgatione, & admonitione deiciuntur, hoc est, comprimuntur.

Causa } Efficiens necessario

Causa } Quicquid Locus  
Sine qua effici non potest Tempus  
Instrumenta.

Causa } Agens, ut precursones  
& auxilia.


Causa } Voluntas  
Perturbatio  
Natura  
Habitus  
Ars  
Casus.

Causa } Cum delectu agens, ut

Causa } Sine delectu agens, ut natura sensu caris, que in hoc  
miuando, ac deinceps in ceteris omnibus rebus infusa est.

C. 4 Const

bombarde



Omnium autem causarum) Alia causa rū diuisio. Quædam certos effectus, quædam dissimiles & contrarios effectus habent. Omnes tamen cause ad superiores referri possunt, voluntatis & naturæ. In natura & in arte.) Quæ ars est uelut emula, & effectū certū habet. Aliae sunt perspicuae) Quæ uocamus voluntarias. Aliae latent. Ut fortuna. Sunt autem causa fortuite aliquando naturales & diuine, aliquando uoluntarie. Est enim fortuna, cum eventus nullo nostro consilio regitur, & tamen is eventus causam aliquā habet. Et sunt nonnunquid naturales cause eiusmodi eventuum, quarum plerique sunt nobis ignoti: ut si quis morbum ex granitate cœli contrahat, & rursum conualefac loci mutatione. Multa praeterea accidunt diuinis, que non habent proprias & necessarias illas in natura causas. ut cum in naufragio contingat alium enatre, alium perire. Item regnorum nices. Reclē igitur definias fortunam eventum esse qui non nostro sed diuino consilio regitur. Huc illud Salomonis pertinet. In summa deiiciuntur fortes, at à deo iudiciorum carum proficiscitur. Ex quo aries.) Id est, nos s̄pē argumentamini in iure de fortuna. nam multum inter se uoluntarie quis an insciens occiderit. Cadunt in ignorantem, atque id est, affectus possunt etiam uideri naturales causæ, & non uoluntarie.

CHRIST. HEGEND. *I am naty*  
Perspicue sunt, id est, quæ à motu animi vel iudicio profi-

proficisciuntur: ut est perturbatio, voluntas, ars, habitus. Hoc ipsum fortunæ.) Finito est casus. Est enim casus, euenter causis latentibus effectus. Situlum manu.) Hoc est, si quis cœdis accusatur, optima defensio est dicere, telum quo aliquis occisus sit, magis ē manu nostra fugisse, quam iactum esse, id est fortuito factam à nobis cœdem, non ex animo. Vide in paragrapho Inuria. Indit. de lege Aquilia. At ne is quidem hac lege teneatur, qui casu occidit, si modo culpa eius nulla inueniatur.

### A N I T I I M A N L I I S E - V E R I N I B O E T I I I N

Topica M.T. Ciceronis Com-  
mentariorum liber  
Sextus.



ORE quosdam, Patrici Rhetorum peritiſſime, nō dubitaverim, qui hunc in Topicis altiorum ex philosophia tractatum, uaria obrectatione reprehendant: quia inter Logicam disputationem, Physicā interposuerim. Il uero sunt, uel quibus hoc totum philosophari diffliceat, uel qui in argumentorum locis naturales admiseri causas oportuisse non existimant. Sed contra priores quidem & à M. T. & ab ipsa quodammodo humana ratione, que in motu posita aliquid semper inquirit, atq; amore scientie neq; decipi patitur, neq; illo modo à ueritatis ratione traduci, sepe multiq; responsum est. Iis uero qui sequestrandas ab Oratoria facultate Philosophia disciplinas putant, respondendum breuiter existimo. Ratione quidem reperi quid potest: sed id melius atq; facilius artifex faciet, si in opere, construendi artis facilitatem, atq; elegantiam cōpareat. In argumentis quoq; idem esse manifestum est. Vi namq; naturalis ingenij argumenta promuntur. Sed ars facultate imitata, naturæ

uiam quandam rationemq; reperit, quia id effici facilius, ac melius posse. In qua re illorū necesse est reprehendatur error, qui Rhetoricam facultatem, naturalem esse dixerunt: quoniam enim quilibet totius artis alienus, & intendere in alterū crimen, & se purgare solet, & argumento aliquid probare cōdit. Reprehendendiq; sunt, qui eandem facultatem in sola arte positam esse dixerunt. Oportuit enim eos animaduideret, Omnes quidem artem sui materiae effectus, ex natura suscipere: sed in ea tamen ratione propria facultatem, elegantiamq; experiri. Hæc itaque, quæ artium ratio perficit, ab imperitis etiā fieri, utcunq; contigerit, possunt: bene autē, ac facile nemo efficit, nisi artis ratione fuerit instructus. Cum igitur totius operis hæc sit intentio, ut argumenta, quæ confusa & ueluti clausa natura suppeditat, artificialiter uestigentur: quid sit, per quod efficiere id, quod promittit, sars ualeat, sub exempli ratione demonstrat. Vt enim facilis argumenta reperiuntur, illares efficiet, si demonstrentur loci, in quibus argumenta sunt collocata. Etenim si quis aliquid querat, facilius id inuestigare posse atq; inuenire, si locus ei monstretur, ubi sit positū id, quod inquiritur: ita etiam, cum quis argumentū inuenire conatur, si et locus, ubi argumentū sit possum, declaretur, facilius argumentū quod querit, ualeat inuenire. Ita enim Aristoteles, & ita Tullius appellat eas sedes in quibus argumenta sunt collocata, id est Locos: qui ab Aristotele Topica vocati sunt. Sed quoniam de sedibus argumentorum loquimur, id cuiusmodi sit, paulò altius expediamus. Locus enim non uno modo intelligitur. In quibus expoundens posteriorius, quid sit quod dicimus, clarius apparebit. Nunc communiter de totali locorum ratione, dec̄, argumētatione, ac de questionib; & propositonib; carumq; terminis uidetur esse tractandum. Ac prius, quoniam locus qui tractatur in Topicis, non cuiuslibet rei, sed tantū locus est argumenti: exposito prius argumenti intellectu, deinceps de loci ratione tractabimus. Definit igitur Tullius

ius argumentū hoc modo. Argumentum est ratio, quæ rei dubie faciat fidem. Sump̄ sit igitur rationē, ut genus. Omnes enim iniuriosi sunt, qui orationis virtutem à sapientia ratione se iungunt, aliamq; esse dicendi artem uolunt, aliam intelligēdi. Nam si nihil oratione aliud agimus, nisi interius cogitata uulgamus: que malum ratio est: orationis elegantiam à sententiarum gravitatem seponere? Quæ porr̄ sententiarum gravitas esse potest, sine earum rerum, de quibus dicendum est, cōprehensione? Quæ uero alia disciplina naturas, proprietatesq; rerum omnium docet uel que omnino eoru quæ intelligi possunt, scientiam profitetur, nisi hec tantū, ex qua nos pauca prēsumimus, Philosophia? Quæ longe alter de his ipsis in proprio sapientum tractatu disputatione solet, neque ita cursum ut nos: quæ si, ut in illorum libris solet, prolixius differenda summissim, quis ferret in solentium hominū temeritatem profectus suos culpare uolentium, si studiosi potius, quam queruli esse malling? Sed his contentionibus neq; antiqua caruit etas: neque nos ita delicati sumus, ut quibus patientia doctissimorum hominum sapienti obstat, ferre nolimus: dum & pluribus prodesse possumus, & sapientium iudicia consequamur: ad quem finem hic nostra labor, & totius operis summa contendit. Sed hoc hactenus. Nunc suscepta expositionis ordinem persequamur.

CICERO.

Toto igitur loco causarum explicato, ex easrum differētia in magnis quidē causis uel Oratorum, uel Philosophorum magna argumentorum suppetit copia. In uestris autem, si non uberior, at sortasse subtilior. Priuata enim iudicia maximarum quidem rerum, in iuris cōsultorum mihi uidentur esse prudētia. Nam & adsunt multū, & adhibentur in consilio, & patronis diligētibus

gentibus ad eorum prudentiam cōfugientibus, hastas ministrant. In omnibus igitur ijs iudicij, in quibus, Ex fide bona, est additum, plurimus earum usus est: ubi uero etiam, V inter bonos bene agi oportet, in primisq; in arbitrio rei uxoriae, in quo est quid æquius, melius parati esse debent. Illi enim dolum malum, illi fidem bonam, illi æquum bonum, illi quid socium socio, quid eum qui negotia aliena curasset, ei cuius ea negotia fuissent: quid eum qui mandasset, eum'ue cui mādatum esset, alterum alteri praestare oportet: quid uirum uxori, quid uxorem uiro, trādiderunt. Licebit igitur diligenter cognitis argumentorū locis, non modò Oratoribus & Philosophis, sed Iuris etiam peritis copiose de consultationibus suis disputare.

## SEVER. BOETIVS.

DIVISO causarum loco atq; ordine suis partibus distributo, de loci eiusdem facultate, quibusq; uberioris, quibusq; angustius accommodetur, ut sēpe Ciceroni mos est, disserit. Primum enim, inquit, Oratoribus ac Philosophis, quorum in disputationibus larga materia est, multa ex causarum loco argumentorum suppetit copia. Comunis quippe Oratoribus ac Philosophis hic locus esse perspicitur, qui est a causis: his naturas rerū, quod est Philosophie proprium: illis, quod Oratoriæ facultatis est, facta probantibus. Nam ex cum res quelibet queritur, eius cause à Philosophis uestigari solent: quibus premisit, ut superius dictum est, comittatur statim, quod concludendum est. Et Oratores ad suspicionem nouendam, detergendam'ue, factorum causas requirunt. Hoc quippe stable in hominum mentibus manet, quod negq;

negq; factum neq; res illa, preter illam omnū principem natu-  
ram, sine proprijs causis posuit existere. Quo fit, ut uberrimus  
causarū usus sit in Rethorū orationibus. Philosophorūq; tra-  
datu. Sed ut hinc libellum M. T. Ul. scribens, pleraq; omnia Tre-  
batio dedisse videatur, hunc locum Iuris quoq; consultis attri-  
butum esse, demonstrat, dicens, Eſi non tam uberes opportuni-  
tates habeat hic locus in iurisperitorū reſponsoribus, subtilius  
certè, atq; acutius pro ipſius artis natura tractari potest: ſcili-  
cket ubertatē, que decretat, ſubtilitate, que poterat inesse, cōpen-  
ſus. Habet enim etiā ipſi propriū campum, in quo corum uir-  
tus poſit enītre. Eſi enim Iurisconsultorū prouincia, priuatarū  
queſtio causarum: maximq; in illis negotijs hic causarum locus  
examiniabitur, in quibus bona fidei iudicia necſtūtur. In hiſ enim  
qui fuerit animus contrahentii queri ſoleat: qui deprehendit uix  
poterit, niſi p̄cedentibus causis intelligatur. In hiſ igitur iu-  
dicij in quibus additior, ut ex bona fide iudicentid est, ubi ita  
iudices dantur, ut non ſtricti, ac inter litigantes stipulationes, ſed  
bonam fidem querant: plurimus causarum usus eſt. Additur, v̄t  
inter bonos bene ager oportet, cōſideranturq; mores, inquirū-  
tur cōſilia, ſtatuitur quibus quidque de causis admīnistratum  
ſit. In primisq; in iudicio uxorio rei uberrimus causarū tracta-  
tus eſt. Eſt autem iudicium uxorio rei, quoties poſt diuortiu de  
dote contentio eſt. Dos enim, licet matrimonio conſante in bo-  
nis uiri ſit, eſt tamen in uxoris iure, & poſt diuortium uelut res  
uxoria peti potest. Qua quidem dos interdum his cōditionibus  
dari ſolbat, v̄t ſi inter uirum uxoremq; diuortium cōtingit, ſed  
quod melius equius eſt, apud uirum remaneat: reliqua dotis  
reſtitueretur uxori: id eſt, ut quod ex dote iudicatu fuſſet, me-  
lius æquius eſt ut apud uirū manere, id uir ſibi retinetur: quod  
uerò non eſt melius æquius apud uirum manere, id uxor poſt  
diuortium recipere. In quo iudicio non tantū bona natura ſpe-  
ctari ſoleat, uerum etiam comparatio bonorum fit: ut non tam  
quod

\*equum quod \* bonum, sed quod melius equiusq; est, id sequendum sit. Quae omnia ex præcedentibus causis inveniuntur solent. Nam si uiri culpa diuortiū factum est, equus melius est, nihil apud uirum manere. Si mulieris est culpa, equus melius est sextas retineri. In hisq; omnibus peritissimi iuris consulti esse debent. Quo fit, ut Trebatium quoque hortetur ad studium. Multa enim esse dicit, que eorum opera expectant. Illi enim, inquit, dolum malum illi bonam fidem, illi equum bonum, illi etiam quid socius socio prestatre debeat: quid is qui alienum in se gerendū pōte negotiū suscepisset, ei cuius id negotium fuerit: quid is qui mandauerit, ei cui mandauerit suorum negotiorū actiones: quid uixori, quid uxor uiro tradiderunt. Quae omnia ad posteriora cause sunt, atq; exinde iudicia sumuntur. Idcirco enim, uerbi gratia, quodlibet illud iudex promuntare debet in uxoris ac uiri causa, quod uirum hoc prestatre decet uxor. Idcirco etiā mandator ei, cui mandauerit, obligatus est iudicādus est, quia inter mandatorēs sūceptoremq; negotiū illud est obseruantū. Omnia quoq; qua quisq; alteri praestare debet, ea in tractandis iudicādisq; negotijs cause sunt. Quocirca recte conclusit, dicens: Cognitus argumentorum locis, & Oratoribus, & Philosophis, & Iuris consultis argumentorum copiam non defuturam.

## I O A N . V I S O R I V S .

Toto igitur loco causarum explicato.) Locus à causis Oratoribus & Philosophis familiarissimus est. Philosophis quidem qui duplices sunt Theoretici & Practici, quorū illi natura, & qualitates omnī, que terra, mari, calidop; sunt, scrutantur. Hi uero, de rebus bonis & malis, eariūq; causis & rationibus differunt. Oratoribus uero, qui ad suspitionē facti monendā causas adferunt, quibus facti coniectura colliguntur: Deinde qui per easdem nonnunquam definitiū denique qui in iudiciali ita causas & rationes tractant, quibus reum defendant uel opprimant. Ex earū differentia.) supra dictū est multas esse causarum

causarum differentias, necessitatem, voluntatem, naturam, perturbationem, habitum, artem, & casum. De quibus omnibus tum Oratores, tum Philosophi disputat: de necessitate quidē utriq; sed Philosophi eo in sensu, quo necessitatē superius accipimus, ut Necessitas sit causa, quae sine ulla appetitione animi, sine uoluntate, sine opinione, sūmū quasi opus efficiat: a qua causa omnes prop̄ rerum naturalium motus oriuntur. At Oratores eam necessitatem sūpius in causam adferunt, que sub purgatione cōtinetur. Purgationem autem uoco, cū reus cōsulto se fecisse negat. Ea diuiditur in fortunam, imprudentiū & necessitatem. Fortunam, ut Scipio apud Tribunum plebis de amissione exercitus. Imprudentiū, ut ille qui de eo seruo, qui dominum occidērat, supplicium sumpsit, cui frater esset, antequam tabulas testamenti aperuit, cum si seruus testamento manutensus esset. Necessestatiū deniq; ut ille qui ad diem conuocatus non uenit, quod eum aquae interclusissent. Si utriq; de voluntate querunt, & Oratores, & Philosophi: Oratores, quidē, qui id de quo queritur ab eo factum cōtinuo colligunt, qui reus est: si uoluisse facere, & potuisse, probatum sit. Nam in iis controvēsijs, in quibus factum, nec ne sit dīquid, queritur, colligisoleat, uoluerit, deinde, potuerit ne quis facere, id quod arguitur sc̄issere: que si probata fuerint, facilita est eiū quod tertiu sumi solet, id est, quod fecerit, probandi uia. Philosophi quoq; de voluntate disputant, præcipue morales, qui uirtutum & uitiorum causam uoluntati, & consilio humano tribuunt: nec iniuria: sunt enim uirtutes & uitia in manu hominū posita. Insuper de arte utriq; & habitu: Philosophi quidē, qui artem uirtutis intellectuali speciem faciunt, que est recta, faciendarum ratio, quicq; uirtutes omnes & uitia sub habitu collocat. Sic Oratores quoq; de habitu in causis præcipue conjecturalibus. Nam in quo est habitus alicuius rei, ille ad eandem proeliū est, & prop̄p̄sus. Item & Oratores & Philosophi de perturbatione disputat. Illi enim causam facti non

non voluntati, sed perturbationi tribuunt: prouide rem sic defendunt, quod non consulto, sed perturbatione aliqua motus fecerit. Hi uero perturbations uirtutum & uitorum materiam faciunt: uirtutum quidem, si ratione pareant; contra uitorum, si ratione dominentur & imperent. Denique de casu saepius utriusque querunt: Philosophi quidem, ut qui casum inter causas accidentiaris reponant: Oratores uero casum purgationis loco adserunt, ut paulo ante dicebamus. In uelstris autem.) Apud Iurisconsultos cause materiam & copiam argumentorum, si non uberrimam, at certi subtilissimam suggesterunt. Nam cum sit in Iurisconsultorū prudentia positum de iure & aequo respondere, aequitatē & ius perspicere non poterunt, nisi causas rerum carum, de quibus consuluntur, preuisuerint. Priuata enim iudicia.) Iudicia apud Romanos alia priuata erant, alia publica. Priuata, caularum erant ciuilium, quae Centumurii iudicabant: ut de possessionibus, hereditatibus, testamentis ruptis, uerberatis, usucacione, telis, agnatione, gētilitate, et alijs id genus, que inter ciues litem faciunt. Publica uero iudicia ad decurias iudicium pertinebat, qui proprio & peculiari nomine Iudices vocabantur. Sunt autē publica iudicia de causis capitibus, quas uulgo criminales appellant, ut de cede, ueneficio, adulterio, parricidio, falso, sacrilegio. Vide Ciceronē libro primo de Oratore, & Budæ in prioribus Annoto. in Pandecta.

Nam & adfunt multum, & adhidentur in consilio.) Iurisconsulti olim dicebantur, ad quorum prudentiam & consilium, qui de iure rogabant, confugiebant, illiq; omnibus ad se adeuentibus sui copiam in dando consilio faciebant; sicut Cicero libro tertio de Oratore scribit, ubi sub persona Crassi loquens ait: Evidem sape audiui de patre, & de foco meo, nostros quoque homines qui excellere sapientiae gloria uellent, omnia quidem, que tum haec ciuitas nosset, solitos esse complecti. Minerant enim Sextum Aelium, Marcum uero Manilium nos etiam

etiam uidimus transuerso foro ambulantem: quod erat insigne eum qui id faceret, facere ciuibis omnibus consiliū sui copiam. Ad quos olim & ita ambulantes, & in solo sedentes domi, sic adibatur, ut non solum de iure Ciuiili ad eos, uerū etiam de familia collocanda, de fundo emendo, de agro colendo, de omni deinde aut negotio, aut officio referretur. Haec siu Publij Crassi illius ueteris, haec Titi Coruncani, haec Scipionis sapientissimi hominis prudentia, ut ad eos de omnibus diuinis atque humanis rebus referretur: ijdemq; & in Senatu, & apud populum, & in causa amicorum, & domi, & militie consilium suum fidemq; praestabant. Quemadmodum autem apud antiquos sacerdotes sui singulis diis consecrati erant, qui de futuris atq; a-gendis consulentibus responsa dabant: sic uenerant illi Iurisconsulti omni genere literarum instructissimi gratitatem non que-  
stuarian iuris scientiam habentes, in publicum quotidiani prode-  
ntes, inicuiq; ciuii consulendos se antiquo instituto praebabant,  
& tanquam oracula iustitiae promebant, hoc est, responsaboni &  
qui plena. Vnde Seruius Sulpitius iuris antistites appellatus est,  
autore Quintiliano, ut saceroru Antistites, Antistiteq; diceban-  
tur. De Iurisconsultis Iustinianus habet, cum de responsis pru-  
dentum loqueretur: Responsa prudentium sunt sententiae & opi-  
niones eoru, quibus permixtum erat iura condere. Nam antiqui-  
tus constitutū erat, ut esent, qui iura publice interpretarentur,  
quibus à Cæsare ius respondendi datum est, qui Iurisconsulti ap-  
pellabantur, quorum omnium sententiae & opinione eam auto-  
ritatem tenebant, ut iudicii recessere a responsis corum non lice-  
ret, ut est constitutum. Et patronis diligentibus.) Asconius  
Pedianus, ut ante dictum est, in Diuinatione Ciceronis ait: Qui  
alterum in iudicio defendit, aut Patronus est, si est orator: aut  
Advocatus, si ius suggesterit, & presentiam suam commodat ami-  
co: aut procurator, si negotium suscipit: aut deniq; Cognitor, si  
causam presentis nouit, & tuctur ut suam. De patronis nūc agi-

tur, id est, de Oratoribus, qui alterū in iudicio defendunt, quibus illis ad prudentiam Iurisconsultorum configentibus, & ab eisdem consilium petentibus, defensionum hæc suppeditantur. Haec Cicero vocat argumenta defensionis: qua in significacione idem Cicero in Partitionibus Hæstam usurpat, cùm dicit: Accusator ordinem rerum prosequitur, & singula arguēta, quasi haæsta in manu collocata, uenienter proponit, quid ita argumenta conueriat, cùsq; compungat eum Orator, ut in militia hostem miles haæsta petit. Itaque Cicero bene dixit, Iurisconsultos haæstas patronis ministrare, id est, ius suggere quo patronus seipsum, tanquam miles haæsta, defendat. Ex fide bona.) Fides bona pro aequo bono uel æquitate sumitur. Est autem Aequitas, quæ ex iure summo multum remittit, uel si maius, & quæstas est iuris legitimæ emendatio, quæ quod in iure durum est, & intolerabile, mitigat, lenit, castigat. Et Cicero libro 1 11. Officiorum de iudicijs bona fidei sic loquitur: Ita nec, ut erat melius, nec ut uendat, quicquam simulabit aut dissimulabit uir bonus. Atque iste dolus malus, etiam legibus erat uindicatus; ut tutela duodecim tabulis, & circumscripicio adolescentium lege latoria: & sine lege, iudicijs in quibus ex fide bona agitur. Reliquorum autem iudiciorum hæc uerba maxime excellunt: in arbitrio rei uxorio Melius æquius: in fiducia, vt inter bonos bene agier. Quid ergo aut in eo quod melius & æquius est, potest ulla pars inesse fraudis? aut cù dicatur inter bonos bene agier, quicquam agi dolose, aut malitiose potest? Vinter bonos bene agi.) Id est, non summo iure agendum, neq; ad extrema & immutissima iuris recurrendum. Nam summum ius, summa iniuria est: & summum ius, summa crux: summum ius, summa malitia. Sed ex aequo bono statuendum est, & aequi boni: confundendum. Hanc ipsam etenim locutionem Cicero 11. epistola ad Trebatium usurpat dicens, vbi illa formula fiduciarum. Inter bonos bene agier oportet! Fiducia inter contractus bona fidei reponitur. In arbitrio rei uxorio.)

xorio.) Arbitrium rei uxorio erat, quoties post diuortium de dote contendebatur, si culpa uiri diuortium factum fuisset, & quius melius erat, nibil apud uirum manere; si uero culpa mulieris, ipsa dotem perdebat. Aequum bonum.) Cum æquum bonum dicimus, absolutam bonitatem equitatemq; & iuriis medullam, germanamq; iustitiam significamus. Inde illa locutio, Aequi boni facio, ut apud Ciceronem libro v 11. Epistolarum ad Atticum, Tranquillissimus animus meus, qui totum illud æqui boni facit. Item apud Terentium: Ceterum equidem istuc Clemene æqui boni facio. Insuper apud Luium: Ceterum si nos nec cura ciuitatis, nec exemplum, nec periculum mouet, nos æqui boni, facimus: id est, non indignarur, & quo animo serimus, & bene interpretarum. Præterea ab aequo bono hæc formula nascitur, Aequum bonum impetrare, pro eo, quod uernacula lingua dicimus, Habere rationem ab aliquo, id est uis suum obtinere, rem suam recipere. ut apud Ciceronem Philippica 1. 1.igitur a quo uiuo, nec præsens, nec absens quicquam æqui boni impetravit, apud mortuum factum est gratis. Illi dolum malum.) Illi Iurisconsulti ad quorum prudentiam in petendo consilio patrui configunt. Dolum malum.) qui simulatione & dissimulatione continetur. Fidem bonam,) id est, ius non acerbum, Aequum bonum,) id est, summa iuris interpretatione. Tradiderunt, id est, ministrarunt & suggesserunt. Insuper quid socius socio, quid procurator ei, cuius negotia curaret: quid item is cui aliquid mandatum esset, ei qui mandasset: quid uiro scemana, aut contra præstare deberet, illi inquit sacrosanti iuris interpres suppeditarunt. In quibus omnibus hoc egregium præceptum ad omnem uitam pertinet, hec uox plena humanitatis obseruari debet, ut inter bonos bene agatur, id est, bonos ex fide debere præstare, etiam que non aperte lingua nuncupata sint. Est enim, ut ait Cicero 1. Officiorum, Fides fundamentum iustitiae, que est dictorum concientiorumq; constantia & ueritas: quam

Stoici sic appellatum ideo putant, quod siat quod dictum est.  
BART. LATOMVS.

Vel Oratorum vel Philosophorum.) Oratorum, ut in coniecturis : Philosophorum, ut in officiorum quae sitionibus, & viae preceptis explicandis. Privata enim iudicia.) Hec erant priuatarum causarum apud Centumuiros, que sepe in nullarum certam legem cedebant. Itaq; autoritate & prudentia Iuris peritorum explicabantur, qui consulebantur a patronis causarum, & a iudicibus persepe in consilio adhibebantur. Publica autem iudicia, ad causas publicas pertinebant, ut ambitus repetundarum, maiestatis, &c. & primum agebantur apud Praetorem: deinde ultima actione ad populum deferabantur. Sed in his, cum ferre semper lex certa esset, que pecuniam statuebat criminis, minus Iurisperitorum prudentia desiderabatur. In omnibus igitur ipsi iudiciis.) Subiungit exempla eorum, que dicta sunt. Sane priuata iudicia uaria erant, & firmule earum concipiebantur a Praetore pro causarum diversitatibus. Erant enim ex his alia bona fidei, alia fricti iuris, de quibus uide Institutio de Actionibus. In bona fidei igitur iudiciis a Praetore adcepcebatur, modo, Ex fide bona agenda esse : modo, Inter bonos bene agi oportere : modo (ut in arbitrio rei uxoria, ubi de dote post diuortium restituenda agebatur) Quid equius melius esset, spes etiam non esse. In quibus omnibus, Iurisperiti consulebantur, multaque illi disputationum suarum materiam ex loco causarum duebant. Illi enim dolum malum.) Iurisperiti huc omnia explicant, quoniam scientia eorum tradita & constituta sunt. Dolus malus est cum aliud agitur, aliud simulatur, fraudandi causa. Fides bona, que in omni contractu prestanda est, equitatis causa: etiam si non sis obligatus. Aequum & bonum intelligitur, quod quamvis lege & more comprehensum non sit, tamen communis utilitatis causa seruandum est, & id rectum esse iudicatur. Sed his omnibus definiendis, inquit Cicero, Iurisperiti presunt, qui expli-

cant

cant quatenus ista, quoties in controversiam ueniunt, praestantur.

Toto igitur loco.) Concludit locu[m] causarum. In tractatione causarum uersatur tota oratio pro Milone: quid consilij Clodius habuerit, quod Miloni insidiatus sit: quid consilij Milo, quod Clodium occiderit. Differentia.) Id est, oportet te obseruare alias esse naturales causas, alias necessarias. Neque enim sequitur, Clodium odio habuit Milonem, ergo illum occidit. Priuata iudicia.) Crimines controversiae, non capitales. Hoc iudicium exercabant Centumuiros. In omnibus igitur.) Subiecit exempla, & inquit locum causarum praecepue iure consultis iusti esse, quia sepe queritur qua causa aliquid sit factum, ut dolone an errore aliquis Iesus sit. Diuortium qua causa factum sit item in actionibus bona fidei, qua causa emptor se uenitiori prestatare confiteatur. Duncunt enim in omnibus questionibus firmissima argumenta ex causis. Et id demu[m] recte docere est causas rei colligere & patefacere: ut cum docemus quid sit iustificatio, expoundemus est, quod Spiritus sanctus officiat in animis hominum metum diuinum iudicij, & quod in ea coniunctione consoletur, ex erigat animos per euangelium intuentes in Christum. Ex 3. Officiale apparet in iudicio de fiduciaria mancipacione hec uerba in formulis solitos adscribere, Inter bonos bene agir. Querebantur enim in iudicio cause, quomodo aliquis alteri fundu[m] tradidisset, cur hic restituere recusat. Fortassis & in sociorum controversijs, & alijs actionibus bona fidei, eadem formula usi sunt. Est autem egregium preceptum, ad omnem uitam pertinentis, & uox plena humanitatis, ut inter bonos bene agatur: hoc est, bonos ex fide debere prestatre etiam que non aperte lingua nuncupata sint. Actio rei uxoria erat, quando facto diuortio repetebantur dos. Ibi uix sepe causabatur impensis se fecisse, preterea alia, cur dotem recusat reddere. Ergo in cognoscendo quid melius.

equus esset, quæcubat et indicabant ex equitate quid viro debetur, ne mulier defaudaretur. Sed haec actio, ut si quis excluderetur, præclarè corrupta est. Quare ad autem et in hac controvicia cause erant, an vir fecisset impensas, an res donatae, &c. Eum qui aliena procuratorem.

CHRIST. HEGEND. *Iamnathy*

Priuata enim iudicia.) Docet quomodo iurisconsulto loco à causis uitantur. Priuata autem iudicia dicuntur iudiciorum priuatarum, et que aguntur ab hominibus priuatis, ad discrimen publicorum iudiciorum, quorum executio cuius ex populo plementum datum paragrapto primo. Instit. de iudicij publicis. Nā & adiunt.) Hoc est, in factu à iurisconsultis sepe causa perquiritur, nimis an aliquis quid uel consilio uel fortuito fecerit. Ex bona fide est.), i.e. in iudicij bona fidei maximus est causarum usus. Porro iudicia bona fidei dicuntur actiones, in quibus maior equitas quam fricti iuri ratio habetur. Nā bona fides in actionibus aliquando pro equitate usurpatur ut indicat glossa unica in Rubrica iuris Canonici de Trinitate et fide catholica. Porro actions bona fidei sunt, actio ex empto et uendito, ex locato et cedulæ, negotiorum gestorū, mandati, depositi, pro socio et alie actiones, quas uide paragrapto actionum aut. Instit. de Actionibus. In primis q̄ in arbitrio.) Arbitrium rei uxoriae est, quando post diuortium deote controuersia oritur. Cod. de Rei uxoriae actione. Et dos quamvis matrimonio durante in bonis uiruit. I. prima. ff. de iure dotum: est tamen in mulieris iure, et ita à diuortio uelut res uxoria peti potest. I. j. Cod. quemadmodum dos petatur soluto matrimonio. Et olim dos ea lege dari solebat, ut si inter virum et uxore diuortium intercederet, quod melius equus esset, ut hic inquit Cicero, viro relinquetur, et quod reliquum dotis esset, uxori redderetur. que omnia ex cause antecedentibus perspedit solēt. Siquidē si culpa viri diuortium contingit, et quis melius est apud virum nihil dotis relinquui. I. Cōsensu quod

quod de Repudijs. Quod si culpa mulieris diuortium sit, et qui melius est sextæ apud mulierem remanere, uel ut ius Codicis sat est mulier dote perdet. I. Cōsensu. Cod. ut supra. Quid cum qui mandasset.) Sēsus omnū istorū est: ueluti in actione rei uxoriae spectantur cause, ita quoq; in alijs actionibus bone fidei, ut in actione pro socio, actione negotiorum gestorū, actione mādati.

## CICERO.

Contunctus huic causarum loco locus ille est, qui efficitur ex causis. Vt enim causa quid sit effectum, indicat: sic quod effectum est, quæ fuerit causa, demonstrat. Hic locus suppeditare solet Oratoribus & Poëtis, sepe etiam Philosophis, sed ijs qui ornatae & copiosæ loqui possunt, mirabilem copiā dicendi: cū denuntiant, quid ex quaq; re sit futurum. Causarum enim cognitionem euenterum facit,

## SEVERI BOETIVS.

OMNIA quæ ad se referuntur, recte dicuntur esse coniuncta: ipsa enim relatio rerum effectus coniunctionem. Quid se causa, aliuscausa est, non alterius, nisi sui effectus est causa. Itemq; si est alius effectus, ex causarum principijs uenit. Ure gitur ab effectis locus, causarū loco debet esse coniunctus. Quoniam uero semper, que ad se referuntur, equatur: necesse est, que libertas sit causarum, edē quoq; sit effectorum. Quoniam enim causa præter effectum esse non potest, cū sit causa semper effectuum: necesse est ut ex euenteribus quoq; atq; effectibus plurima argumenta suppetant: si quidem ex causis etiam plurima contrahuntur. Nam sicut cuiuslibet effectus potest causa tractari sic ex qualibet causa potest, qui sit euenter, ostendi. Recteq; dicit: Causarum cognitionem euenterum cognitionem facit. Vt enim in Predicamentis ostenditur, sciri relativum aliquid non potest, præter

reliqui scientiam relatiui.

## IOAN. VISORIVS.

Coniunctus.) De causis dictum: nunc de eventis dicendum est. Sunt autem eventa, que ut et impulsu causarum eveniuntur. Rodolphus ea duplicita facit, destinata & effecta: ut sint Effecta que ab efficientibus causis eveniuntur. Destinata vero, que ad certum finem referuntur: ut domus est effectus edificantis, & calcaneus pariter effectus calcearij tutoris. Sed calcaneus & domus destinata quoq; dici possunt. Nam sicut domus habitacionis causa sit, ita calcaneus, ad tuandos pedes a figura, uel effectu immodico destinatur. Verum Cicero destinatorū non meminit inter Euentuam, quemadmodum neque finium inter causas. Sed sicut finem ad efficientem causam, sic destinata ad effecta redigit: nec iniuria, Sicut enim idem efficiens & finis esse potest, sic destinatum & effectus in idem competere posse: ut exemplo posteriorc constat: quo domum & calcaneum destinata simul & effecta probavimus esse. Coniunctus est autem cum causis eventorum locus. Vnde fit, ut causas & eventa Rodolphus uno nomine cognatta vocet, quod altera alterius nascendi proueniendiq; origine coniuncta sint: aut, ut ait Cicero, quia quemadmodum causa quid effectum sit, indicat: sic quod effectum est, causam demonstret. Quia ergo utraq; locus cum altero coniunctus est, idem argumentum ab utraq; deponit potest, ut si auxiliari tollere multis, mater eius tollenda est luxurias. Hic locus suppeditare sollet.) Cum de causis loqueremur, ostendimus locum causarum Oratoribus & Philosophis familiarissimum esse. Nunc addit Tullius effecta Philosophis, & Oratoribus, & Poëtis imprimū convenire, necnon mirabilē dicendi copiam eisdem suppeditare. Neq; immerito dixit. Selenī Oratorum est & Philosophorum de causis disputare, corundem quoq; erit de effectis differere. Nam causarum cognitio eventorum cognitionem facit. Et sicut ex causis effecta, sic ex effectis causas colligere possunt. Sed ijs qui ornate

ornate & copiose loqui possunt.) Signanter dixit qui ornate loqui possunt, de philosophis intelligens. Nam pauci uel potius nulli ad urbe condita ad seculum usq; Ciceronis, Latini philosophi ornate locuti sunt, ut libro primo Questionum Tuscul. testatur: ubi inquit: Quemadmodum tam ante citauimus, Philosophia latuit usq; ad hanc etatem, nec ullum habuit lumen literarum Latinarum, que excitanda & illustranda nobis est, ut si occupati profumis aliquia ciuibus nostris, profimus etiam, si possumus, otiosi: in quo eò magis est elaborandum nobis, quod multi iam esse Latini libri dicuntur scripti inconsiderate ab optimis illis quidem viris, sed non satis eruditis. Fieri autem potest, ut recte quis sentiat, & ibiquod sentit politie loqui non possit. Sed mandare quenquam literis suas cogitationes, qui eas nec disponere, nec illustrare posse, nec delectatione aliqua alliceret lectorem, hominis est intemperanter abutentis & otio, & literis. Itaq; suos libros ipsi legunt cum suis, nec quicquam attingit, preter eos, qui candem licentiam scribendi sibi permitti uolunt. Quare si aliquid Oratoria Laudi nostra attulimus industria, multò studiosius Philosophiae fontes aperiemus, e quibus etiam illa manabant. Sed non solum ad etatem Ciceronis usq; Latina Philosophia latuit, uerum etiam hodie latet: nec Latinorum Philosophorum quenquam habemus, preter Ciceronem, qui dignus sit, ut legatur: nisi Senecam, Apuleium, & Boëtium Latinos esse Philosophos dicimus. Sed totam Senecę ditionē Quintilianus, & Gellius notant. Apuleium nimis affectatio uitiosum facit. Deniq; Boëtius, si Laurentio credendum est, de lingua Latina male meritus censetur: cuius proprietatem non animaduertens, ad greci standum nos inducit. Ceterum corum, qui hodie Philosophiam tractant, quotus quisq; Latinus est? Sanè quæ ad modum Philoxenus Eryxias filius, & Gnato Siculus gula proceres, inò uero extremi perditissimi gulones, conniujs exhibiti, emunge-re se in pulcijs solebant, ut abstinentibus ceteris, soli epulic

ampliciter fruerentur: ita hodierni Privilophi uocabulis folidissimis ex infima plebei sermonis sece acceptis, sedant et contaminant omnia, ut bonis mentibus, et praelaris ingenij inde auferant, solum ipsi rerum potiantur, ac citra emulum regnent.

## BART. LATOMVS.

Oratoribus & Poëtis.) Ut Cicero pro Milone, denuntiat quod furor Clodij euasus fuerit, si homo seditus ad Praetoram & Consulatum perueniret. Et Aeneas apud Vergilium, quantas clades illaturus Latinis & Turno sit, postquam arma Vulcania à matre accepit. Quae denuntiationes euentorum ex causis sunt.

Coniunctus huic.) De effectibus sequitur locus. In tota autem serè Philosophia sit ut cause ex effectu queruntur, et contraria est arcus in nubibus, ille est effectus, cause queruntur cur istud sit.

JANUARY CHRIST. HEGEN.

Quid ex quaç re futurum.) Ut si Orator dicat, quid uel ex pace uel ex bello efficiatur.

## C I C E R O .

Reliquus est comparationis locus: cuius genus, et exemplum suprà positum est, ut cæterorum nunc explicanda tractatio est. Comparantur igitur ea, quæ aut maiora, aut minorâ, aut paria dicuntur: in quibus spectatur hæc, numerus, species, uis, quædam etiam ad res aliquas affectio. Numero sic comparabuntur, ut plura bona paucioribus bonis anteponantur, pauciora mala malis pluribus, diuturniora bona brevioribus, longe & latè peruagata angustis. ex quibus plura bona propagantur, quæplures imitantur,

tur, & faciant. Specie autem comparantur, ut anteponantur quæ propter se expertenda sunt, ijs quæ propter aliud: ut innata atq; insita, assūmptis & aduentitijs: integra, contaminatis: iucunda, minus iucundis: honesta, ipsis etiam utilibus: proclivia, laboriosis: necessaria, non necessarijs: sua, alienis: rara vulgaribus: desiderabilis, ijs, quibus facile carere possit; perfecta, inchoatis: tota, partibus: ratione utentia, rationis experimentibus: uoluntaria, necessarijs: animata, inanima, tis: naturalia, non naturalibus: artificiosa, non artificiosis. Vis autem in comparatione sic certis: efficiens causa grauior, quam non efficiens: quæ seipso contenta sunt meliora, quam quæ egent alijs: quæ in nostra, quam quæ in aliorum potestate sunt: stabilita, incertis: quæ eripi non possunt, ijs quæ possunt. Affectio autem ad res aliquas est huiusmodi: principum commoda maiora quam reliquorum: item quæ iucundiora, quæ pluribus probata, quæ ab optimo quoque laudata. Atq; ut hæc in comparatione meliora, sic deteriora, quæ his sunt contraria. Parium autem comparatio nec elationem habet, nec submissionem: est enim æqualis. Multa autem sunt, quæ æqualitate ipsa cōparantur, quæ ita ferè concluduntur. Si consilio iuare ciues, & auxilio, æqua in laude ponendum est, pari gloria debent esse ijs qui consulunt, & ijs qui defendunt: at quod primum est, quod sequitur igitur.

**O**MNIS comparatio duplex est. Aut enim aequalia sibi met  
comparantur, aut in aequalia. Sed in his quae sunt aequalia, semper eadem esse notatur aequalitas. Ine qualia autem in gemina ueluti membra diuiduntur, minoris scilicet, atq; maioris. Nam quod minus est, non per se minus est, sed comparatione maioris: itemq; quod maius est, minoris comparatione dicitur maius. Que cum ita sint, diuidit, atq; ante oculos ponit omnium comparationum modos: et quod raro in superioribus locis fecit, ipsas maximas propositiones ponit, in comparationibus constitutas. Ut si quando loco sit nobis comparationis intentum, habemus quoddam uelut inentionis exemplar, ad quod querentem animum possumus aduertere. Omnis igitur comparatio aut in numero constat, aut in specie, aut in uiru, aut in aliqua locata extrinsecus affectione. Nam quodcumque conferre contendimus, aut numero comparamus, et secundum id, aliud maius, aliud minus esse decernimus: aut speciem ipsam intuentes, eamq; alij comparantes, de excellentia iudicium damus: aut illud consideramus, quid res quaeque possit efficere, et in quantum eius possit progreedi natura: aut ex aliorum quodammodo continentia, et ex circumscriptione affectione, rem quam alij conferimus, intueniur. Numero igitur que comparantur, si ex eodem sint genere, plura paucioribus anteponuntur: uelut si bona omnia sint aequalia, iure quisquam plura bona paucioribus anteponit. Et est hæc maxima propositio, plura bona paucioribus anteponuntur. Et in ceteris quoq; eadem ratio perspicitur maximarum propositionum. At si omnia in contrario sint genere, pluralitati paucitas preferenda est, ut pauca malia pluribus malis: mala uero ipsa bona nullo modo conferuntur. Quæ enim illo modo compensantur, in eodem esse genere debent, non in contrario. Nam cum aduersus se contraria, et rei gome locata sint, confiri comparariq; non possunt: quia sibi esse intelliguntur inimica. Est etiam secundum

secundum numerum comparatio in temporis quoq; ratione. Nam cum tempus certis quibusdam spatii diuidatur, uelut horæ diei, mensis, atq; anni: ex aequalibus bonis et magis eligenda sunt, que diuturnius perseverant: quod in numero positum esse, nullus ignorat. Ipsa enim diuturnitas, plurimos esse uel dies, uel menses, uel annos fatetur, quibus duret id quod eligitur. Longe et late peruagata bona angustis, et in unum minimum locum coartatis, numeri comparatione precedunt. Nam que longe latè, peruagata sunt, ea in plurimas gentes regionesq; diffusa sunt. Pluralitas uero cuiuslibet rei numerum spectat. Iam uero, ex quibus plura propagantur bona, quis non inducit esse meliorib; quorum est inops honoris, contractioris, focunditatis? Quis etiam bonum, quod plures imitantur, et faciant, ceteris, que ita non sint, excellere non arbitretur? quod in numero constare quis nesciat, quando in numero pluriliter constat. Specie uero comparantur, que per se ipsa considerata, sua quodammodo pulchritudinis meritum ceteris anteferuntur. Meliora enim sunt, que per se, quam que propter aliud expetuntur: ueluti salus, que per se expetitur: medicina, propter salutem: quo circumspectior est salus, quam medicina. Atq; haec non ad aliquem numerum, non potestrem ad aliquam quantitatem, sed ad ipsam speciem salutis, ac medicina considerationem referentes, iudicium promittus. Illa quoq; que innata atq; insita sunt, assumptis et aduentis meliora iudicantur. Vnde innata moribus gravitas, longe plus excellit ea, que per imitationem affectatur. Integra etiam potius, quam contaminata, melioris iudicium ferunt. Nam que integræ sunt, suam speciem seruant, que contaminata sunt, atq; ex aliqua parte uitata, si qua etiam intereat, speciei pulchritudinem perderunt. Iucunda minus iucundis meliora, communis omnium animalium natura diuidit, honesta uilibus sapientes anteponunt: proclivia laboriosis anteferunt illa res monstrat, quod nemo ad eundem finem per laboriosam atq; asperam viam tendere cupiat.